459. D. GRAMINIFOLIA. *Decand. R. S.* 1. 405. Gladiolus gramineus *Linn. Suppl.* 95. Cor. virens, laciniis cuspidatis, linea violacea. Hab. in Prom. b. sp. 24. T.

460. D. IRIDIFOLIA. *Decand. R. S.* 1. 404. Hab. in Prom. b. sp. 24. D.

80. BABIANA.

Aiton kew. 1. 104.

461. B. TUBIFLORA. *Aiton k.* 1. 104. Gladiolus tubiflorus *Linn. Snppl. W. E.* 61. *R. S.* 1. 438. Gl. tubatus *R. S.* 1. 438. Fol. plicata hirsuta. Cor. tubus longissimus spathis multo longior, limbus ochroleucus laciniis 2′ macula rubra.

462. B. PLICATA. *Aiton k.* 1. 105. Gladiolus plicatus *Thunb. W. E.* 61. Fol. plicata hirsuta. Cor. tubus spathis aequalis, limbus violaceus basi flavus.

463. B. VILLOSA. *Aiton k.* 1. 106. Gladiolus villosus *Vahl R. S.* 440. Hab. in Prom. b. sp. 24. D.

Fol. plicata hirsuta. Cor. tubo spathis breviore, limbus puniceus.

464. B. RUBROCYANEA. *Aiton k.* 1. 106. Gladiolus rubrocyaneus *Vahl R. S.* 1. 424. Fol. plicata hirsuta. Cor. tubus spathis brevior, limbus violaceus fundo rubro.

81. XIPHIDIUM.

Swartz. R. S. 1. 344.

465. X. FLORIBUNDUM. *Sw. R. S.* 1. 487. X. album *W. Sp.* 1. 249. Hab. in America meridionali. 4. C. Folia ensiformia. Scapus paniculatus. Cor. 4—6″ l. alba.

82. WACHENDORFIA.

W. E. 67.

466. W. THYRSIFLORA. *Linn. W. E.* 62. *R. S.* 1. 485. Cor. flava.

467. W. HIRSUTA. *Thunb. R. S.* 1. 485. *W. E. S.* 4. Hab. in Prom. b. sp. 4. T. Cor. violaceo-purpurea.

83. ARISTEA.

Aiton 1. *k.* 108.

468. A. CYANEA. *Aiton W. E.* 61. *R. S.* 1. 448. Flores capitati spathis glabris et longissime fimbriatis. Cor. coerulea.

469. A. SPIRALIS. *Vahl R. S.* 1. 448. Hab. in Prom. b. sp. 4. T. Nondum floruit.

470. A. COERULEA. *Vahl R. S.* 449. A. capitata *Curt. B. M. t.* 605. A. major *Andr. Rap. t.* 605. Flores thyrsoidei. Spathae non fimbriatae. Cor. coerulea.

84. PARDANTHUS.

Aiton kew. 1. 122. Semina in sporophoro centrali libero.

471. P. CHINENSIS. *Aiton* 1. 123. Moraea chinensis *Thunb. W. E.* 67. *R. S.* 1. 455. Ixia chinensis *Linn. Sp.* 52. Cor. coccinea maculis nigrescentibus.

85. MORAEA.

Aiton kew. 1. 110.

472. M. FLEXUOSA. *Thunb. R. S.* 1. 453. Hab. in Prom. b. sp. 4. D. T. Corolla 8 lin. longa flava.

86. MARICA.

Aiton kew. 1. 122.

473. M. NORTHIANA. *Aiton k.* 1. 122. Moraea Northiana *Schneevogt. W. E.* 66. *R. S.* 1. 451. Iris Northiana *Pers. syn.* 1. 52. Corolla forma Iridum, laciniis reflexis albis erectis flavo et coeruleo variegatis.

87. VIEUSSEUXIA.

Decand. Ann. d. Muf. 1. 136.

Flores minime inferi cfr. *R. S.* 1. 344.

474. V. MARTINICENSIS. *Decand. Ann.* 11. 138. Marica martinicensis *Aiton k.* 1. 122. *W. E. S.* 4. Iris martinicensis *Linn. R. S.* 1. 475. Hab. in America meridionali. 4. C. Cor. flava.

475. V. PAVONIA. *Dec. R. S.* 1. 489. Iris pavonia *Linn. Suppl. W. Sp.* 1. 230. Hab. in Prom. b. sp. 4. T. Cor. flava, laciniae exteriores macula coerula.

476. V. IRIDIOIDES. Moraea iridioides *Vahl W. E.* 67. *R. S.* 1. 454. Cor. alba, laciniae exteriores maculea flava.

477. V. FUGAX. *Decand. R. S.* 489. Moraea fugax *W. E. S.* 4. Hab. in Prom. b. sp. Cor. flavescens.

478. V. EDULIS. V. fugax. *Dec. R. S.* 1. 489 α. Moraea edulis *W. E. S.* 4. Iris edulis *Linn. Suppl. W. Sp.* 1. 239. Spathae imbricatae virides. Germen compressum. Cor. laciniae reflexae coeruleae macula flava albo-cincta, erectae coeruleae stigmatibus angustiores. Stigmata coerulea bifida.

479. V. GLAUCOPIS. *Dec. R. S.* 1. 490. Iris tricuspis *Linn. Snppl. W. Sp.* 1. 231. Ferraria tricuspis *W. E.* 691.

480. V. TENUIS. *R. S.* 1. 491. Moraea tenuis *Aiton k.* 1. 112. Iris tricuspis var. fl. minor. *Jacq. var. t.* 222. Cor. laciniae exteriores in nostris duae (an mutila corolla?) ochroleucae maculis fuscis basi hirsutae, erectae trilobae, lobo medio longiore involuto, ochroleusae fusco maculatae. Stigmata longiora laciniis erectis tota ochroleuca.

88. IRIS.

W. E. 62.

Stamina non monadelpha, quibus a praecedente genere differt.

A. Tuberosae, barbatae.

481. I. PUMILA. *Linn. W. E.* 62. *R. S.* 1. 464. Caulis uniflorus. Cor. coerulea tubo longo.

482. I. LUTESCENS. *Linn. W. E.* 62. *R. S.* 1. 464. Caulis uniflorus. Cor. flavescens tubo germine duplo longiore.

483. I. CRISTATA. *Aiton W. E.* 61. *R. S.* 1. 462. Caulis subuniflorus. Cor. coerulea, barba solida.

484. I. ARENARIA. *Kit. W. E.* 62. *R. S.* 1. 463. Folia angustissima, caule subunifloro longiora. Cor. lutea.

485. I. IBERICA. *Marschall taur. cauc.* 1. 30. *R. S.* 1. 481. Caulis uniflorus. Folia complicata reflexa. Cor. magna, laciniae reflexae purpureo-violaceae, macula media atra velutina, erectae dilutiores striis profundioribus. Hab. in Iberiae collibus circa Tiflin. 2. D.

486. I. SUSIANA. *Linn. W. E.* 62. *R. S.* 1. 456.

487. I. BIFLORA. *Linn. W. E.* 63. *R. S.* 1. 462. I. furcata *Marschall R. S.* 1. 462. I. bohemica *Schmidt boh. nr.* 303. *R. S.* 1. 466. Flores inferiores longe pedunculati. Cor. violacea. Synonyma Linnaei ad Iridem lusitanicam pertinent, sat diversam.

488. I. FLORENTINA. *Linn. W. E.* 4. *R. S.* 1. 457. Cor. alba, tubo vix longitudine germinis. Hab. in Italia, Graecia. 2. D.

489. I. GERMANICA. *Linn. W. E.* 63. *R. S.* 1. 457. Cor. laciniis deflexis violaceis erectis, coerulescentibus, tubus germine duplo longior.

490. I. SORDIDA. *W. E. S.* 4. *R. S.* 1. 481. Folia ensiformia caule breviora. Spathae vegetae Flores sessiles. Cor. laciniae deflexae ochroleucae striis fuscescentibus, lituris sparsis violaceis; erectae ochroleucae pallidae. Varietas major I. flavescenti *Red. R. S.* 1. 458. simillima est colore corollae eodem, at tubus duplo fere germine longior. A varietate minore non differt nisi magnitudine, floribusque inferioribus pedicellatis, quod aetate accidit.

491. I. SAMBUCINA. *Linn. W. E.* 63. *R. S.* 1. 459. Folia latiora ac in I. germanica, spathae vegetae, co-

rollae laciniae deflexae purpureo-violaceae, erectae griseae ochroleucae aut luteae, tubus incurvus germine duplo longior. I. lurida *Aiton R. S.* 1. 459. in horto quoque culta hujus varietas est minor, minus odora.

492. I. PALLIDA. *Linn. W. E.* 63. *R. S.* 1. 458. I. odorata *Jacq. Schönbr.* 1. *t.* 9. Spathae scariosae. Corollae limbus totus coerulescens. Tubus germine fere brevior.

493. I. NEGLECTA. *Hornem. R. S.* 1. 461. Hab.... 24. D. Cor. laciniae reflexae albo et violaceo-venosae margine violaceo, erectae pallide coeruleae uti stigmata. Tubus germine non multo longior.

494. I. SQUALENS. *Linn. R. S.* 1. 459. Cor. laciniae reflexae violaceo et flavo variae, erectae lutescenti-griseae. Hab. in Europa australi 24. D.

495. I. VARIEGATA. *Linn. W. E.* 63. *R. S.* 1. 460. Cor. laciniae deflexae flavae lineis violaceis, erectae flavae.

496. I. SWERTII. *Linn. W. E. S.* 4. *R. S.* 1. 461. Cor. laciniae reflexae basi margine et venis violaceis, erectae albae margine et carina violascentes. Hab.... 24. D.

497. I. PLICATA. *Lam. W. E.* 64. *R. S.* 1. 461. *α.* I. amoena hungarica *Red. Lil. t.* 336. Cor. laciniae reflexae violaceae albo striatae parte reflexa breviore, quod non ita in reliquis, erectae albae; tubus germine fere brevior. Var. *β.* R. S. *l. c.* I. plicata *Red. Lil. t.* 356. specie differt.

498. I. DICHOTOMA. *Pall. R. S.* 1. 464. Foliis ensiformibus falcatis, scapis bis terve ramosis; spathis terminalibus diphyllis multifloris, corollae tubo fere nullo. Hab. in Dauria. 24. D. Spathae vegetae; flores longe pedicellati; corollae parvae violaceae. Nomine I. pomeridianae quoque accepimus.

499. I. CHINENSIS. *Curt. W. E.* 63. *R. S.* 1. 463. I. fimbriata *Vent. Cels. t.* 9. Cor. laciniae reflexae coeruleae macula flava, erectae coeruleae. Stigma fimbriatum.

B. Tuberosae imberbes.

a. Foliis ensiformibus.

500. I. PSEUDACORUS. *Linn. W. E.* 64. *R. S.* 1. 466.

502. I. FOETIDISSIMA. *Linn. W. E.* 64. *R. S.* 1. 467. Folia trita foetida. Cor. fusco-violaceae flavo striatae.

502. I. VERSICOLOR. *Linn. W. E.* 65. *R. S.* 1. 467. Cor. laciniae reflexae basi flavescentes venis coeruleis, medio albidae coeruleo-venosae, ambitu coeruleo; erectae coeruleae stigmatibus minores, tubus germine brevior superne ampliatus.

503. I. VIRGINICA. *Linn. W. E.* 65 *R. S.* 1. 468. Cor. color ut in praecedente. Cor. laciniae erectae stigmatibus longiores.

504. I. OCHROLEUCA. *W. E.* 65. *R. S.* 1. 469. I. Güldenstaedtiana *d. Marsch. t. cauc.* 3. 43. *R. S.* 1. 470. I. halophila *W. E.* 65. I. stenogyna *Red. Lil. t.* 310. *Bot. Mag.* 1515. *R. S.* 1. 469. Cor. ochroleuca, tubus germine longior superne ampliatus virescens, laciniae reflexae basi canaliculatae, lamina ovata linea obscure flava cincta. Icon Bot. Mag. 1515. bona.

505. I. AUREA. I. Güldenstaedti *W. E.* 65. *Curt. Bot. Mag. t.* 61. Cor. flavae, laciniae inferiores basi canaliculatae, lamina spatulata undulata medio aurea. Tubus ut in praec. An Var. praec.?

506. I. SPATULATA. *Linn. W. E. S.* 4. *R. S.* 2. 482. *Bot. Mag.* 1. 1514. Corollae laciniae reflexae linea media et marginalibus flavis, lamina ovata acuta; erectae coeruleae stigmatibus longiores. Stigmata coerulea. I. spuria *Red. Lil. t.* 349. *W.!E. S.* 4. hujus est loci.

507. I. CUPREA. *Pursh. R. S.* 1. 468. I. fulva *Bot. Mag. t.* 1496. Cor. tota obscure fulva; laciniae erectae stigmatibus multo majores. Tubus germin elongior.

b. Foliis linearibus.

508. I. GRAMINEA. *Linn. W. E.* 66. *R. S.* 1. 476. Folia erecta scapis multo majora. Cor. violacea tubo brevi.

509. I. SIBIRICA. *Linn. W. E.* 66. *R. S.* 1. 475. Folia longa laxe decumbentia. Cor. coeruleae albo variegatae. Var. *alba* corollis albis venis lutescentibus *Bot. Mag. t.* 624. I. flexuosa Murray. *R. S.* 1. 461.

510. I. ACUTA. *W. E. S.* 4. *R. S.* 1. 481. Hab.... 2. D. Folia linearia acuta scapo subtrifloro breviora

erecta. Flores longius pedicellati ac in praecedente. Cor. colore eodem, tubo quoque brevi.

512. I. TRIFLORA. *W. E. S.* 4. Foliis linearibus acutis longitudine scapi subtriflori, spathis submarcidis longe acutatis longitudine tubi corollae. Flores terminales terni conferti. Hab. in Italia 24. D. Valde similis praecedenti, spathis longe acutatis differt.

513. I. HAEMATOTHYLLA. *Fischer.* I. biglumis *W. E. S.* 4. Foliis linearibus laxis scapo multo longioribus, spathis duabus oppositis acutis, floribus pedicellatis; germine trigono. Hab. in Sibiria? 24. D. Spathae virides. Germen sulcatum. Cor laciniae reflexae albo coeruleoque striatae, erectae obscurae violaceae ut et stigmata bifida lacinulata; tubus vix ullus.

c. Foliis tetragonis.

514. I. TUBEROSA. *Linn. W. E.* 66. *R. S.* 1. 480. Cor. laciniae reflexae ungue virescente, lamina purpureo-violacea.

C. Bulbosae.

515. I. SISYRINCHIUM. *Linn. W. E.* 66. *R. S.* 1. 472. Cor. tubo brevissimo, pallide coerulea, laciniae reflexae macula flava.

516. I. XIPHIUM. *Linn. W. E.* 66. *R. S.* 1. 471. Cor. varia, lutea s. coerulea.

517. I. XIPHIOIDES. *Ehrh. W. E.* 66. *R. S.* 1. 472. Cor. multo major praecedente purpureo-violacea.

518. I. RETICULATA. *Marsch. R. S.* 1. 480. Cor. tubo longissimo, laciniis violaceis albo venosis, litura media flava. Hab. in Iberia. 24. F.

519. I. CAUCASICA, *Hoffmann R. S.* 1. 480. Folia disticha canaliculata reflexa. Cor. ochroleuca tubo longissimo, laciniis exterioribus patulis basi canaliculatis, barba cristata, laciniis interioribus parvis reflexis. I. scorpioides valde similis at folia longiora reflexa, spathae laxae, corollae majores coeruleae. Folia in utraque striato-scabra. Hab. in collibus circa Tiflin. 24. D.

IV. COMMELINEAE.

89. COMMELINA.

R. S. 1. *p.* 346.

A. Floribus spathae inclusis.

a. Corolla coerulea.

520. C. TRUNCATA. *W. E. S.* 4. *R. S.* 1. 528. C. angustifolia *Mich. R. S.* 1. 528. Folia $\frac{3''}{5''}$ glabra, vagina linea longitudinali pubescente et margine ciliata. Cor. pallide coerulea.

521. C. CAROLINIANA. *Walth. W. E.* 68. *R. S.* 1. 537. Willdenowii planta certe differt a C. communi foliis multo angustioribus $\left(\frac{3'}{4''}\right)$ pubescentibus, spathis basi magis truncatis, radice perenni. Praecedenti magis affinis at differt spathis multo brevius pedunculatis, vaginis foliorum pubescentibus, foliis paullo longioribus, longius acutatis.

522. C. VIRGINICA. *Linn. W. E.* 69. *R. S.* 1. 530.

523. C. COMMUNIS. *Linn. R. S.* 1. 532. Folia $\frac{3'}{1'}$ Cor. pallide coerulea.

524. C. POLYGAMA. *Roth. W. E.* 69. *R. S.* 1. 532. Simillima praecedenti at perennis, flores polygami.

525. C. COELESTIS. *Willd. W. E.* 69. *R. S.* 1. 538. Fol. $\frac{5'}{1'}-\frac{4''}{2''}$ glabra. Pedunculi dense pubescentes.

526. C. TUBEROSA. *Linn. W. E.* 69. *R. S.* 1. 537. Fol. $\frac{4'}{7''}$ hirsuta. Pedunculi glabrescentes. Cor. aequalis.

527. C. MOLLIS. *Jacq. W. E.* 68. *R. S.* 1. 534. Folia ovata.

528. C. PARVIFLORA. Caule vaginis foliisque molli pubescentibus, foliis subsessilibus lanceolatis longe acutatis, spathis glabrioribus. Hab. . . . 4. T. Caulis basi decumbens. Folia $\frac{3'}{8''}$; vaginae rubrae 1'. Pedunculus 4'' l. Corolla subaequalis parva coerulea.

529. C. PALLIDA. *Humb. W. E.* 69. *R. S.* 1. 533. Fol. $\frac{2'}{6''}$ pubescentia uti vaginae caulisque. Cor. pallide coerulea. Affinis praecedenti.

530. C. BENGHALENSIS. *Murray W. E.* 68. *R. S.* 1. 535. C. cucullata *Linn. Mant.* 176. Tota planta pubescens. Folia acuta $\frac{1'\ 8''}{1'\ 2''}$.

b. Corollis flavis.

531. C. AFRICANA. *Linn. W. E.* 68. *R. S.* 1. 530.

B. Floribus nudis.

532. C. NUDIFLORA. *Linn. R. S.* 1. 528. Hab. in India orientali. ⊙. D.

90. CALLISIA.

R. S. 346.

533. C. REPENS. *Linn. R. S.* 1. 527. Hab. in Americae meridionalis udis depressis umbrosis.

V. ATRIPLICINAE.

91. POLYCNEMUM.

R. S. 1. 346.

534. P. ARVENSE. *Linn. R. S.* 1. 523. Hab. in Europa media et australi. ⊙. D.

VI. NYCTAGINEAE.

92. OXYBAPHUS.

W. E. 53.

536. O. VISCOSUS. *L'Herit. W. E. R. S.* 1. 549. Cor. purpureo-rosea.

537. O. GLABRIFOLIUS. *Vahl. W. E.* 53. *R. S.* 1. 549. Cor. purpurea.

538. O. AGGREGATUS. *Vahl. W. E.* 54. *R. S.* 1. 550.

VII. DIPSACEAE.

93. VALERIANA.

R. S. 1. 339.

539. V. DIOICA. *Linn. W. E.* 50. *R. S.* 1. 349.

540. V. OFFICINALIS. *Linn. W. E. R. S.* 1. 351.
541. V. SAMBUCIFOLIA. *Mikan. R. S.* 1. 351. *W. E. S.* 3. Fol. 4—5 juga, quae in praecedente 7—8 juga, foliolis oblongis dentatis. Cor. rubescens. Cultura immutata perstitit. Hab. in Sudetis. 4. D.
542. V. PHU. *Linn. W. E.* 50. *R. S.* 1. 350.
543. V. MONTANA. *Linn. W. E.* 51. *R. S.* 1. 354. Fol. $\frac{2'}{1'}$ — $\frac{2''}{2''}$. Cor. incarnata.
544. V. TRIPTERIS. *Linn. W. E.* 51. *R. S.* 1. 355. Folia forma cordata integerrima ad partitam dentatam transeunt. Cor. alba aut incarnata.
545. V. PYRENAICA. *Linn. W. E. S.* 3. *R. S.* 1. 355. Cor alba minor ac in praecedente.

94. VALERIANELLA.

Decand. Fl. franc. 4. 240.

546. V. OLITORIA. Dec. Valeriana Locusta olitoria *Linn.* Fedia olitoria *W. E.* 52. *R. S.* 1. 361.
547. V. RADIATA. Fedia radiata *Vahl. R. S.* 1. 363. Folia in culta integerrima basi ciliata. Bracteae ciliatae scabrae. Caps. oblonga subtetragona nudiuscula, Cor. rubella. Hab. in apricis a Pensylvania — Carolinam. ☉. D.
548. V. DASYCARPA. *Steven R. S.* 1. 365. *Marsch. taur. cauc.* 3. 30. Huc refert Marschall Fediam Morisoni *Spreng. pug.* 1. *n.* 6. Hab. in Europa media orientali.
549. V. DENTATA. Dec. Fedia dentata *W. E.* 52. *R. S.* 1. 361. *Marsch. t. cauc.* 3. 31.
550. V. TRIDENTATA. Fedia tridentata *Marschall t. cauc.* 3 29 Hab. in Tauria ☉. D. Valde affinis praecedenti, differt praesertim bracteis pubescentibus.
551. V. ERIOCARPA. *Decand. Fr. Suppl. n.* 3331. Fedia eriocarpa *R S.* 3. 364. *Marschall t. cauc.* 3. *p.* 32. F. rugulosa *Spreng. pug.* 11. 2. Hab. in Europa australi. ☉. D. Cal. oblique truncatus sexdentatus. Caps. angulis hirta.
552. V. ECHINATA. Dec. Fedia echinata *W. E.* 52. *R. S.* 1. 361. *Marsch. t. cauc.* 3. 34. Capitula densa bracteis arcte obvallata.
553. V. CORONATA. Fedia coronata *W. E.* 52. *R. S.* 1. 362. *Marsch. t. cauc.* 3. 32. Dentes calycini

a Vahlio recti dicuntur, nec Decandolle dissentire videtur. Nostra plantn a Marschallio optime descripta.

554. V. DISCOIDEA. Fedia discoidea *Vahl. W. E.* 52. *R. S.* 1. 362. Folia summa pinnatifida; calyx nervosus 12 dentatus, dentibus apice uncinatis, capsula hirsuta.

555. V. UNCINATA. Fedia uncinata *Marsch. t. cauc.* 3. 33. *W. E.* 52. *R. S.* 1. 365. Foliis pinnatifidis et fere pinnatifidis facile dignoscitur.

556. V. VESICARIA. *Dec.* Fedia vesicaria *Vahl. W. E.* 53. *R. S.* 1. 362.

VIII. CARYOPHYLLEAE.

95. LOEFLINGIA.

Linn. W. E. 54. *R. S.* 1. 527.

557. L. HISPANICA. *Linn. W. E.* 54. *R. S.* 1. 527.

96. ORTEGIA.

Linn. R. S. 1. 346.

558. O. HISPANICA. *Linn. R. S.* 1. 522. Hab. in Hispania. ♃. E. Flores fasciculato-corymbosi. Glandula nigra utrinque ad basin foliorum.

560. O. DICHOTOMA. *Allion. R. S.* 1. 322. Hab. in regione Pedemontana. Flores solitarii.

IX. TEREBINTHACEAE.

97. COMOCLADIA.

Linn. R. S. 1. 348.

561. C. INTEGRIFOLIA. *Linn. R. S.* 1. 547. Hab. in America calidiore. ♄. C. Nondum floruit.

98. CNEORUM.

Linn.

Gaertner de fruct. et sem. pl. t. 342. *t.* 70. *f.* 4.

R. S. 1. 348.

562. CN. TRICOCCUM. *Linn. W. E.* 54. *R. S.* 1. 549. Fol. $\frac{1' 6''}{4''}$ obverse lanceolata glabra.

563. CN. PULVERULENTUM. *Vent. R. S.* 1. 549. Hab. in Teneriffa. ♄. T. Folia majora ac in praec. incana.

TRIANDRIA.

DIGYNIA.

I. GRAMINA.

A. Paniculata, spicula uniflora, flore perfecto.

99. LAPPAGO.

W. E. 136.

565. L. RACEMOSA. *Willd. E.* 136. *R. S.* 1. 378. Cenchrus racemosus *Linn. Suppl.* 1487. Flores terni.

100. MUEHLENBERGIA.

Schreb. W. E. 81. *R. S.* 2. 18.

566. M. DIFFUSA. *Schreb. W. E.* 81. *R. S.* 1. 383. Culmus ramosus. Panicula arcta, tenuis. Aristae longitudine valvarum. Differt a M. erecta floribus minoribus, foliis angustioribus glabris, ligulis elongatis.

101. LEERSIA.

Swartz. W. E. 82. *Asprella Palisf. R. S.* 2. 11.

567. L. ORYZOIDES. *Swartz. W. E.* 82. Asprella oryzoides *R. S.* 1. 266. Valvulae carinatae explanatae margine ciliatae.

568. L. VIRGINICA. *Willd. E.* 84. Asprella virginica *R. S.* 1. 266. Valvulae carinatae, exteriore inriorem amplexante, ciliis brevioribus.

102. IMPERATA.

Cyrill. R. S. 2. 13.

569. I. ARUNDINACEA. *Cyrill. R. S.* 2. 288. Saccharum cylindricum *W. E.* 82.

103. PHALARIS.

Linn.

Gluma calycina bivalvis nuda mutica, valvulis navicularibus corollam includens. *Gluma corollina* bi-

valvis, valvulis navicularibus, mutica basi nuda pilis aut valvulis accessoriis stipata.

570. PH. CANARIENSIS. *Linn. W. E.* 1. 403. Valvulae accessoriae binae.

571. PH. AQUATICA. *Linn. R. S.* 2. 482. Ph. minor *W. E.* 83. Ph. capensis *W. E.* 83. tam in horto culta, quam in Herbario Willdenowii asservata vix differt a Ph. aquatica. Valvula accessoria unica angustissima.

572. PH. COERULESCENS. *Desfont. R. S.* 2. 404, Hab. in Hispania, Lusitania, Africa boreali. ☉. D. Valvulae calycinae apice subaristatae, carina membranacea; valvulae accessoriae nullae. Cor. purpurascens non nisi in solo sicco. Nomine Ph. nitidae accepimus.

573. PH. MICROSTACHYA. *Decand.* R. *S.* 2. 402. Spica brevis. Valvula accessoria unica angustissima. Ph. intermedia *Bosc. R. S.* 2. 403. fide speciminis Bosciani in Herbario Willdenowii.

574. PH. PARADOXA. *Linn. W. E. S.* 5. *R. S.* 2. 405. Hab. in Europa australi. ☉. D.

575. PH. ARUNDINACEA. *Linn. W. E.* 84. *R. S.* 1. 405. Valvulae accessoriae loco series pilorum glumae coroll. adnata est.

576. PH. AMMOPHILA. Arundo arenaria *Linn. W. E.* 128. Psamma arenaria *R. S.* 2. 845. Ammophila arundinacea *Host. gr.* 4. *t.* 41. Omnibus characteribus Phalaridem refert.

104. PHLEUM.

Linn.

Gluma cal. bivalvis nuda e nervo dorsali mucronata s. aristulata, valvulis navicularibus corollam includens. *Gl. cor.* bivalvis, valvulis navicularibus mutica.

A. Pedicello secundi floris nullo.

a. Aristula gl. cal. elongata. Phleum Palisf. R. S. 2. 17.

577. PHL. PRATENSE. *Linn. W. E.* 84. *R. S.* 2. 378. Valvula calycina margine alba.

578. PHL. ECHINATUM. *Hort. R. S.* 2. 381. Valde affine praecedenti, differt panicula breviore et radice annua. Hab. in Dalmatia. ☉. D.

579. PHL. ALPINUM. *Linn. W. E.* 84. *R. S.* 2. 379. Valvula calycina margine fuscescens. Spica saepe cylindracea.

580. PHL. FELINUM. *Smith. R. S.* 2. 380. Aristae reflexae; cilia glumae corollinae crispula; valvula cal. margine alba. Hab. in insula Zacyntho. ⊙. D.

b. Aristula calycis minima. Achnodonton Paliſs. R. S. 2. 17.

581. PHL BELLARDI. Phalaris Bellardi *W. E.* 85. Achnodonton Bellardi *R. S.* 2. 381. Synonymon Willd. huc nec ad Achnodontem tenuem referendum, cfr. *R. S. l. c.* Phalaris arenaria *Linn.* huic generi tam vicina, ut nullo modo separari possit. An cum Linnaeo ad Phalarides referendae?

B. Pedicello secundi floris. Chilochloa Paliſs. R. S. 2. 20.

582. PHL. BOEHMERI. *Schrad. W. E.* 85. Phalaris phleoides *Linn. Sp.* 80. Chilochloa Boehmeri *R. S.* 2. 408. Valvula cal. carina trinervia scabra.

583. PHL. MICHELII. *Allion. W. E.* 85. *R. S.* 2. 380. Valvulae calycinae carina trinervia ciliata. Hujus loci est nec ad sect. A. pertinet.

584. PHL. CUSPIDATUM. *W. E. S.* 5. Chilochloa cuspidata *R. S.* 2. 409. Characteres fere praecedentis at valvulae brevius acutatae brevius ciliatae, habitus Phlei Boehmeri.

585. PHL. ASPERUM. *Jacq. W. E.* 84. Chilochloa aspera *R. S.* 2. 409. Valvulae calycinae carina uninervia scabra, superne ventricosa. Pedicellus secundi floris minimus.

105. CRYPSIS.

Schreb. R. S. 2. 16.

586. CR. ACULEATA. *Aiton R. S.* 2. 376. *W. E.* S. 5. Spica vaginis foliorum duorum basi cincta. Hab. in Europa australi. ⊙. D.

587. CR. SCHOENOIDES. *Aiton. W. E.* 85. *R. S.* 2. 375. Spica oblonga vagina folii unius basi cincta.

588. CR. ALOPECUROIDES. *Hort. W. E.* 86. *R. S.* 2. 375. Spica cylindracea, vagina folii unius vix cincta.

106. ALOPECURUS.

Linn. R. S. 2. 11.

588. *a.* A. PRATENSIS. *Linn. W. E.* 86. *R. S.* 2. 269.

589. A. NIGRICANS. *Hornem. W. E. S.* 2. 270. Praecedenti valde affinis, nec nisi flosculis demum nigricantibus differt, nam aristae longitudo variat. A. ruthenicus cfr. *R. S.* 2. 279. *nota* hujus potius, quam praecedentis varietas est, hinc quoque A. repens *Marschall taur. cauc.* 3. 54.

590. A. AGRESTIS. *Linn. W. E.* 86. *R. S.* 2. 270.

590 *a.* GENICULATUS *Linn. W. E* 86. *R. S.* 2. 273. Arista variat.

591. A. UTRICULATUS. *Pers. W. E.* 86. *R. S.* 2. 274. Phalaris utriculata *Linn. Sp.* 80. Glumae calycinae in medio dilatatae, dum semen maturat callosae.

107. SCHMIDTIA. Trattinnik.

Coleanthus R. S. 2. 11.

592. SCHM. SUBTILIS. *Trattinnik Fl. austr. p.* 12. *t.* 451. Coleanthus subtilis *R. S.* 2. 276. Gluma cal. tenuis membranacea, corollam non includens. Pedicellis umbellatis ab omnibus fere Graminibus differt. In horto semipedalis fit.

108. POLYPOGON.

Desfont. R. S. 2. 15.

593. P. MONSPELIENSIS. *Desfont. W. E.* 87. *R. S.* 2. 325. Alopecurus paniceus et monspeliensis *Linn. Sp.* 90. Aristae calycinae gluma multo longiores. Gluma coroll. calyce minor inclusa aristata.

594. P. GLOMERATUS. *Willd. E.* 87. *R. S* 2. 326. Habitus alienus a praecedente et gluma corollina longior gluma calycina, nec tamen hujus aristis.

109. CHAETURUS.

R. S. 2. 14.

595. CH. FASCICULATUS *mihi R. S.* 2. *p.* 325. Polypogon subspicatus *Willd. E.* 88. Hab. in Lusitania, Hispania, Gallia australi, Africa boreali. ⊙. T. In horto multo major est ac in solo natali, panicula expansa. Nomine Milii gallici accepimus.

110. STURMIA.

Hoppe.

Chamagrostis *R. S.* 2. 18.

596. ST. MINIMA. *Hoppe in Sturm. Fl. germ. f.* 7. Chamagrostis *R. S.* 2. 389. Agrostis minima *Linn. Willd. Sp.* 1. 372. Hab. in Europa australi. ⊙. D. Panicula contracta in spicam tenuem.

111. TRICHODIUM.

Schrad. R. S. 2. 12.

597. TR. CANINUM. *Schrad. W. E.* 97. *R. S.* 2. 277.

598 TR. ALPINUM. *Schrad. W. E.* 98. *R. S.* 2. 278. Culmus 2—6′. Panicula arcta. Flosculi sine aristis vix 1″.

599. TR. RUPESTRE. *Schrad. R. S.* 2. 279. Culmus in spontanea ped. in hortensi ultra ped. Panicula in hortensi expansa unde Tr. r. *β. R. S. l. c.* seu Agrostis filiformis *Vill. delph.* 2. 78. Flosculi sine aristis 2″. Hab. in Alpibus Europae australis. 4. D.

600. TR. DIFFUSUM. Culmo erecto ramoso, ligula acuta, panicula expansa, pedicellis subglobose incrasatis, gluma cor. aristata. Affine Tr. canino. Culmus pedal. et ultra laevis. Folia plana conduplicata, cum vagina glabra laevia. Ligula mediocris 1″ Panicula ramis laevibus. Pedicelli sub floribus magis globose incrassati ac in Tr. canino. Flosculus absque arista 1″. Valvula calycina exterior carina hispidiuscula, interior laevis. Gl. cor. calycina minor, arista exserta medio reflexa. Hab. . . . . 4. D.

601. TR. DECUMBENS. *Michaux W. E.* 98. *R. S.* 2. 282. Pedicelli hispidi. Valvula calycina exterior carina hispida. Arista nulla. Flosculi 1″.

602. TR. LAXIFLORUM. *Michaux R. S.* 2. 282. Hab. in tota America boreali ♂. D. Vaginae scabrae; ligula lacera. Panicula elongata ramis tenuissimis. Flosculi $\frac{1}{2}$″ l. valvulae calycinae acutatae.

603. TR. ELEGANS. *R. S.* 2. 283. Agrostis elegans. Thore *Decand fl. fr.* 6. 252. Panicula capillaris. Flosculi minimi $\frac{1}{4}$″—$\frac{1}{2}$″, Valvulae calycinae obtusissimae laeves.

112. AGROSTIS.

Gl. cal. nuda mutica bivalvis, valvulis concavis corolla longioribus. Gl. corollina bivalvis. Semen corolla inclusum.

A. Corolla mutica raro basi aristata arista decidua. Vilsa.

604. A. STOLONIFERA. *Linn. W. E.* 96. *R. S.* 2. 343 Panicula contracta. Agr. decumbens Hall. fil. est species intermedia inter hanc et sequentem.

605. A. ALBA. *Linn. W. E.* 96. *R. S.* 2. 346. Ligula acuta. Panicula expansa.

606. A. DIFFUSA. *Host. R. S.* 2. 344. Valde affinis praecedenti et panicula cum floribus eadem, at ligula brevis obtusa. Hab. in Germania australi. 4. D.

607. A. VULGARIS. *Smith. W. E.* 96. *R. S.* 2. 350. Ligula brevissima, Flosculi breves vix l″.

B. Corolla dorso semper aristata. Agrostis.

608. A. RETROFRACTA. *W. E.* 94. *R. S.* 2. 365. Hab. in Nova Hollandia. 4. T. Arista basi pilis stipata.

C. Corolla subapice aristata. Apera.

609. A. SPICA VENTI. *Linn. W. E.* 94. *R. S.* 2. 369.

610. A. INTERRUPTA. *Linn. W. E.* 94. *R. S.* 2. 370.

113. CINNA.

Linn.

Gluma cal. nuda mutica bivalvis valvulis concavis corolla brevioribus. *Gl. cor.* bivalvis, valvulis concavis subaequalibus longe acutatis, exteriore mutica aut aristata. *Semen* corolla inclusum.

A. Cor. sub apice aristata.

611. C. ARUNDINACEA. *Linn. W. Sp.* 1. 21. Agrostis Cinna *Lam. R. S.* 2. 373. *W. E.* 95.

B. Cor. apice arista brevissima nulla.

612. C. FILIFORMIS. Agrostis filiformis *W. E.* 95. Agrostis foliosa *R. S.* 3. 373. Culmus totus ramosus, panicula arcta. Valvula corollina acutata ut fere aristata.

613. C. MEXICANA. Agrostis mexicana *Linn. W. E.* 97. *R S.* 2. 373. Valde affinis praecedenti at culmus basi tantum ramosus. Valvula corollina acutata ut fere aristata.

614. C. SOBOLIFERA. Agrostis sobolifera *W. E.* 95. *R. S.* 2. 364. Culmus ramosus, panicula tenuis. Valvula corollina mucronulata.

C. Cor. apice arista longa.

615. C. TENUIFLORA. Agrostis tenuiflora *W. E.* 94. *Hort. ber. t.* 12. *R. S.* 2. 373. Culmus simplex, panicula tenuis, Flosculus sine arista ultra 1″, arista 3‴ l.

114. SPOROBOLUS.

Brown.

Gluma cal. nuda mutica bivalvis, valvulis concavis corolla multo brevioribus. Gl. cor. bivalvis, valvulis concavis subaequalibus muticis. *Sem.* liberum.

616. SP. TENACISSIMUS. *Brown.* Agrostis tenacissima *Linn. Suppl. W. E.* 97. *R. S.* 2. 369.

115. TRISTEGIS.

Nees.

Gluma cal. nuda mutica bivalvis, valvulis concavis interiore corolla longiore, exteriore minima. *Gl. intermedia* (floris neutri) univalvis arista dorsali. *Gluma cor.* bivalvis, valvulis concavis aequalibus obtusis muticis. *Sem.* corolla inclusum.

616. *a.* TR. GLUTINOSA. *Hor. berol. p.* 47. 54. *t.* 7. Suardia picta *Schrank. Hort. Mon.* 11. *t.* 58. Folia pubescentia, vaginae pilosae, panicula contracta. Habitat . . . 4. C. Nomine Agr. glutinosae accepimus.

116. MILIUM.

Linn.

Gluma cal. nuda mutica bivalvis, valvulis concavis corolla majoribus. *Gl. cor.* bivalvis, valvulis concavis aequalibus. *Sem.* corolla indurata crustatum.

A. Cor. mutica.

617. M. EFFUSUM. *Linn. W. E.* 94. *R. S.* 2. 319.

618. M. VERNALE. *Marschall W. E. S.* 5. *R. S.* 2.

319. Vaginae scaberrimae, valvulae calycinae scabrae, quae in praecedente laeves.

B. Cor. subapice aristata. Piptatherum Palisſot.

619. M. PARADOXUM. *Linn. W. E* 93. Piptatherum paradoxum *R. S.* 2. 328. Flosculus sine aristis 4″ l.

620. M. MULTIFLORUM. *W. E.* 54. Piptatherum multiflorum *Palisſ. R. S.* 2. 329. Flosculus sine aristis 1″ l. Praecedenti simile.

622. M. COERULESCENS. *Desfont.* 1. 66. *t.* 2. Piptatherum coerulescens *Palisſ. R. S.* 2. 328. Hab. in Africa boreali et Europa australi. ♃. T. Flosculus 4″ l. arista inclusa.

623. M. FRUTESCENS. Culmo basi frutescente, panicula verticillata, radiis inferioribus sterilibus. Hab. in Oriente... ♄. T. Planta pedalis. Culmus erectus laevis glaber. Ligula vix ulla. Folia angustissima glabra. Paniculae radii steriles vix 1′ l. fertiles longiores, omnes scabri. Valvulae cal. subaequales 1″ l. acutae purpurascentes. Valv. cor. breviores glabrae laeves arista basilari calycem eodem longitudine excedente. Cl. Sieber semina misit.

117. GASTRIDIUM.

Palisſ.

R. S. 2. 16.

624. G. AUSTRALE. *Palisſ. E. S.* 2. 342. Milium lendigerum *Linn. W. E. S.* 5. Hab. in Europa australi. ⊙. T.

625. G. MUTICUM. *Guenther. Sprengel N. prov.* 20. Hab. in Sicilia. ⊙. T. Multo minus praecedente, flosculis muticis.

118. LAGURUS.

Linn.

R. S. 125.

626. L. OVATUS. *Linn. W. E.* 125. *R. S.* 2. 401.

119. ARISTIDA.

Linn.

Gluma cal. bivalvis, valvulis concavis inaequalis, *Gl. cor.* bivalvis, valvula exteriore convoluta apice

triaristata aut aristâ tripartita. Semen corolla inclusum.

627. A. COERULESCENS. *Desfont. atl.* 1. 100. *t.* 21. *f.* 2. A. canariensis *W. E.* 99. Chaetaria coerulescens *Palisf. R. S.* 2. 391. Folia filiformia. Flosculus cum aristis 6‴ l. tenuis. Gl. calycina rubescens.

628. A. DIVARICATA. *W. E.* 99. Chaetaria divaricata *R. S.* 2. 392. Panicula ramulis divaricatis pauciforis. Flosculi cum aristis 1′ l. Calyces longe acutati.

120. STIPA.

Linn.

W. E. 98.

629. ST. PENNATA. *Linn. W. E.* 98. *R. S.* 2. 331.

630. ST. CAPILLATA. *Linn. W. E.* 98. *R. S.* 2. 333.

631. ST. TORTILIS. *Desfont. W. E.* 99. *R. S.* 2. 332. Flosculi facilé decidunt. Arista tortilis ad geniculum usque 2′ ultra geniculum 1½′ l. Ne confundatur cum St. juncea; cujus arista ad geniculum usque 1′ ultra geniculum 10″. In utraque aristae basi tortae hirtae.

632. ST. TENACISSIMA. *Linn. W. E.* 99. *R. S.* 2. 334. Arista basi torta pubescens ad geniculum 7″ recta 7′ l. ultra geniculum 9″ l.

633. ST. ARISTELLA. *Linn. W. E.* 99. *R. S.* 2. 334. Panicula contracta gracilis tenuis. Arista glabra.

634. ST. GIGANTEA. *Lagasc. R. S.* 2. 353. Hab. in Hispania. 4. T.

121. ARUNDO.

Linn.

Gluma cal. nuda mutica bivalvis, valvulis flores involventibus. *Gl. cor.* bivalvis setis stipata. Semen corolla inclusum.

A. Calyces uniflori. Co. aristata.

a. Arista dorsali aut basilari.

635. A. EPIGEIOS. *Linn. W. E.* 126. R. *S.* 2. 501. Cor. setis duplo brevior. Aristi tenuis.

636. A. VARIA. *Schrad. W. E. S. R. S.* 2. 505. Cor. setis aequalis et longior, arista subseerta.

637. A. ACUTIFLORA. *Schrad. R. S.* 2. 506. A. confinis *W. E* 127. *R. S.* 2. 307. Valde affinis praecedenti at major, calyces minus longe acutati. Equidem inter A. confinem Willd. et A. acutifloram Schrad. nullum discrimen video. Arista subexserta.

638. A. LANGSDORFI. Foliis planis laevinsculis, panicula stricta, setis corollae aequalibus patulis subreflexis emersis. Arista basilari calycem non excedente, Habitat . . . 4. D. Culmus 4—5 ped. altus. Folia linearia tandem convoluta glabra. Panicula 6—7′ l. contracta. Cal. $2\frac{1}{2}$″ l. valvulis lanceolatis acutis trinerviis. Setae corollam cingentes inferiores reflexae e calyce prodeunt, qua nota non difficile dignoscitur. Cor. calyce minor, valvula exteriore acuta, arista prope basin exserta calyce paullo minor demum e calyce reflexa. Affinis praecedenti.

639. A. SYLVATICA. *Schrad. W. E.* 128. *R. S.* 2. 207. Agrostis arundinacea *Linn. Sp.* 91. Arista longe exserta.

640. A. SRICTA. *Timm. W. E.* 127. *R. S.* 2. 504. Cal. breves. Setae corolla fere duplo breviores.

b. Arista terminali.

641. A. SPECIOSA. *Schrad. W. E.* 128. Agrostis Calamagrostis *Linn R. S* 2. 362. Arista longissima.

642. A. CALAMAGROSTIS. *Schrad. W. E. S.* 6. Agrostis lauceolata *R S* 2. 363. Hab. in Europae pratis turfosis. 4. D. Panicula tenuis, arista brevissima.

643. A. GLAUCA. *Hornem. R. S.* 2. 503. A. effusa *W. E. S.* 6. Hab. in America boreali. 4. D. Panicula effusa. Valvulae calycinae valde inaequales. Arista longa at calycem non excedens. Valde affinis A. littoreae Schrad.

644. A. LITTOREA. *Schrad. W. E.* 126. *R. S.* 2. 502. Valvulae calycinae valde inaequales. Arista brevis valvula ima triplo brevior calycem non excedens. Omnibus partibus minor ac praecedens.

645. A. LAXA. *Host. R. S.* 2. 503. Hab. in Germania ad fluviorum ripas. 4. D. Valde affinis praeced. Panicula valde effusa. Arista longa longitudine valvulae suae, calyci aequalis aut ipsum superans.

B. Calyces multiflori.

646. A. PHRAGMITES. *Linn. W. E.* 126. *R. S.* 2. 510.

647. A. DONAX. *Linn. W. E.* 126. Donax arundinaceus *Palisf. R. S.* 2. 600. Nomen Donacis malum, cum hujus nominis testaceum bivalve sit. Genus efficit non nisi aristis ab Arundine distinctum, quae nimis diversae in Arundinibus.

648. A. TENAX. *Vahl. W. E.* 126. A. ampelodesmos Cyrill. neap. 11. *t.* 12. A. festucoides *Desfont. atl.* 108. *t.* 34. Donax tenax *Palisfot R. S.* 2. 601. Hab. in Italia, Africa boreali. 24. ♄. Spiculae 6‴ l.

649. A. FESTUCACEA. *W. E.* 126. Donax festucaceus *Palisf. R. S.* 2. 602. Spiculae 3‴ l.

122. PANICUM.

Linn.

Gluma cal. bivalvis, valvulis inaequalibus, altera minima. *Gluma intermedia* (floris neutri) univalvis s. bivalvis saepe aristata. *Gl. coroll.* bivalvis, valvulis concavis aequalibus muticis. *Semen* corolla indurata crustatum.

A. Panicula spicata.

a. Monogyna. Pennisetum.

650. P. VULPINUM. *W. E.* 1031. Cenchrus ciliaris *Linn. Mant.* 302. Pennisetum cenchroides *Richard R. S.* 2. 259.

651. P. ASPERUM. Foliis vagina asperrimis, spica simplici setis nudis flore longioribus. Hab. in Promont. b. sp. ♄. T. Semina misit Bergius. Culmus 2 ped. altus scaber. Folia fere culmum aequantia. Spicis setis flore multo longioribus non ciliatis at scabris. Flosculi bini, valvulis lanceolatis striatis.

652. P. ORIENTALE. *W. E.* 1031. Pennisetum orientale *Richard R. S.* 2. 260. Folia convoluta basi villosa. Spica flosculis remotiusculis pedicellatis. Setae basi villis longis.

b. Digyna. Setaria.

653. P. VERTICILLATUM. *Linn. W.* 1030. Setaria verticillata *R. S.* 2. 488.

654. P. GLAUCUM. *Linn. W. E.* 1030. Setaria glauca *R. S.* 2. 490.

655. P. GENICULATUM. *W. E.* 1031. Setaria geniculata *R. S.* 2. 491. Spica longiore et graciliore a P. glauco differt.

656. P. VIRIDE. *Linn. W. E.* 1030. Setaria viridis *R. S.* 2. 488.

657. P. PUMILUM. Culmo ramoso, vaginis, pubescentibus, spica densa brevi, setis nullis corollis laevibus. Hab. . . . ⊙. D. Culmus adscendens ped. laevis sub spica scaber. Folia lata glabra ligula vix ulla. Rachis flosculis tectas. Valvulae calycinae et intermedia obtusae nervis longitudinalibus viridibus. Valvulae corollinae laevissimae. Affine P. viridi.

658. P. MACROCHAETUM. Spica composita, glomerulis approximatis, setis floribus octuplo longioribus scabris, rachi pilosa, crusta seminum laevi. Hab.... ⊙. D. Nomine Penniseti macrouri accepimus. Valde affine P. viridi at majus, setis longioribus magis patentibus. Setae antrorsum scabrae. Panicula 2′ setae 6″—7‴ l.

659. P. CYLINDRICUM. Spica composita erecta, glomerulis remotiusculis, infimis subsessilibus, setis floribus octuplo majoribus, rachi pilosa crusta seminum laevi. Hab. . . . ⊙. D. Nomine P. setosi accepimus at crusta seminum laevis, nec non P. alopecuri Fisch. et Penicillariae cylindricae *R. S.* 2. 498. at penicillos in antheris non video. Penicillaria ciliata Willd. huc relata in herbar. non est. Affine P. italico, at panicula longior gracilior erecta. Spiculae magis globosae rachis minus pilosa. Panicula 5′ l. setae 1′ l.

660. P. GERMANICUM. *Schreb. W. E.* 1031. Setaria germanica *R. S.* 2. 492.

661. P. ITALICUM. *Linn. W. E.* 1032. Setaria italica *R. S.* 2. 493. Panicula nutante differt a praecedente.

B. Panicula e spicis alternis.

a. Valvula intermedia aristata. Echinochloa.

662. P. STAGNINUM. *Retz. W. E.* 1032. Echinochloa stagnina *R. S.* 2. 477. P. Burmanni *Marsch. taur. cauc.* 3. 57.

663. P. CRUSGALLI. *Linn. W. E.* 1032. Echinochloa Crusgalli *R. S.* 2. 478. P. echinatum *W. E.* 1032. non diversum videtur.

b. Valvula calycina interior et valvula intermedia aristatae. Oplismenus.

664. P. HIRTELLUM. *Linn. W. Sp.* 1. 340. Oplisme-

nus hirtellus *R. S.* 2, 481. Panicula spicata interrupta. Calycis valvula exterior interiori subaequalis.

c. Valvulis muticis.

665. P. COLONUM. *Linn. W. E.* 1032. *R. S.* 2. 424.

C. Panicula effusa.

666. P. PLICATUM. *Lam. W. E.* 1033. *R. S.* 2. 428. Foliis plicatis et altitudine facile distinguendum.

667. P. PROLIFERUM. *Lam. R. S.* 2. 451. Hab. in America boreali? Glaberrimum, valvula calycina exterior obtusiuscula, interior lineata obtusa.

668. P. COLORATUM. *Linn. W. E.* 1033. *R. S.* 2. 431. Vaginae muricatae. Valvulae calycinae et intermedia coernlescenti fuscae.

669. P. MILIACEUM. *Linn. W. E.* 1033. *R. S.* 2. 434. Vaginae hirsutae, valvula exterior calycis acuminata. Variat crusta seminum flava et nigra.

670. P. ATTENUATUM. *Willd. E.* 1033. *R. S.* 2. 434. Frequens in hortis nomine P. colorati. Sat differt a P. miliaceo non solum glabritie sed quoque panicula erecta contracta foliis breviore. Valvula calycina exterior obtusiuscula aut apiculo brevi. Antherae fusco flavae.

671. P. CAPILLARE. *Retz. W. E.* 1033. *R. S.* 2. 435.

672. P. MAXIMUM. *Jacq. R. S.* 2. 437. P. polygamum *W. Sp.* 1. 353. Hab. in Guinea ⊙. D. Affine P. virgato.

673. P. ASPERRIMUM. Vaginis pilosis, foliis glabris, panicula nutante ramulis asperrimis, valvula calycina minore longe acuminata nervosa. Hab. . . . ⊙. T. Nomine P. asperrimi Lagasc. accepimus, at non est P. scaberrimum ejusd. Radix fibrosa nec tuberosa. Culmus 1 — 1½ ped. laevis glaber. Vaginae pilis longis patentibus; folia glaberrima striata, margine scabra. Panicula non valde effusa, ramulis antrorsum asperrimis. Valvulae calycinae et intermedia nervosae acuminatae.

674. P. VIRGATUM. *Michaux W. E.* 1033. *R. S.* 2. 443. Glaberrimum panicula effusa, valvula calycina minore oblonga obtusiuscula trinervia.

675. P. ANCEPS. *Michaux R. S.* 2. 444. P. rostratum *W. E.* 1033.

676. P. CLANDESTINUM. *Linn. W. E.* 1033. *R. S.* 2. 442. Vaginae verrucatae pilosae. Fol. 1′ latae. Paniculae intra vaginas partim. Glumae pilis minutissimis pubescentes.

123. PENICILLARIA.

W. E. 1037. *R. S.* 2. 28.

677. P. SPICATA. *W. E.* 1037. *R. S.* 2. 498. Holcus spicatus *Linn Suppl.* 1483.

B. Gramina paniculata, spiculis bi- multifloris.

Pollinia v. infra C. *Arundo* v. s. *A.*

124. AIRA.

Linn.

Spiculae teretiusculae. *Gluma cal.* biflora rarius triflora mutica bivalvis, flosculis subaequalis aut brevior. *Flosculus* alter pedicellatus. *Cor.* bivalvis, valvulis aequalibus. *Sem.* corolla inclusum.

A. Corollae muticae. Catabrosia. Palisf.

678. A. AQUATICA. *Linn. W. Sp.* 1. 376. Catabrosia aquatica *R. S.* 2. 696.

679. A. TRUNCATA. *W. E. S.* 7. Aira pensylvanica Sprengel Mem. d. Pet. 11. 1810. t. 7. Koeleria pensylvanica *Decand.* R. S. 2. 621. Hab. in Pensylvania 2|. D. Culmus fragilis. Folia glabra striata scaberrima. Valvulae calycinae dorso hispidiusculae; corollinae glaberrimae, exterior obtusa, interior acuta.

680. A. ARUNDINACEA. *Linn. R. S.* 2. 684. Hab. in arena mobili deserti Cumani. 2|. D. Panicula expansa. Gl. cal. triflora.

681. A. INVOLUCRATA. *Cavan. W. E. S.* 5. Airopsis involucrata *R. S.* 2. 579. Hab. in Hispania, Lusitania ☉. T. Pedunculi inferiores steriles paniculae involucrum formant.

682. A. SEMINEUTRA. *Kitaib. W. E.* 100. Phalaris semineutra *R. S.* 2. 406. Hab. in Hungaria. 2|. D.

B. Corollae dorso aut basi aristatae.

683. A. CAESPITOSA. *Linn. W. E.* 100. Deschampsia caespitosa *R. S.* 2. 685.

684. A. MEDIA. *Gouan Ill.* 3. Deschampsia media *R. S.* 2. 687. Hab. in Gallia australi. 4. D. Vaginae striatae asperrimae; folia setacea Quam habemus Airam discolorem *Thuill. par. ed.* 2. 39. s. Danthoniam discolorem *R. S.* 2. 686. ab A. media non differt.

685. A. BOTTNICA. *Wahlenb. lapp.* 36. *t.* 4. A. montana? *Linn. R. S.* 2. 679. Hab. in Vesterbottniae glareosis. 4. D. Vaginae foliorum laevissimae, folia setacea.

686. A. FLEXUOSA. *Linn. W. E.* 101. *R. S.* 2. 678.

687. A. PRAECOX. *Linn. W. E. S.* 5. Avena praecox *R. S.* 2. 667. Hab. in arenosis Europae. ☉. D.

688. A. CARYOPHYLLEA. *Linn. W. E.* 101. *R. S.* 2. 681.

689. A. PULCHELLA. *W. E.* 101. *R. S.* 2. 682. Hab. in Hispania ☉. D. Gluma calycina flosculis subaequalis aut brevior, quae in praecedente longior. Nimen affinis tamen.

125. CORYNEPHORUS.

Palisf. R. S. 2. 50.

690. C. CANESCENS. *R. S.* 2. 688. Aira canescens *Lam. W. E.* 101.

126. MELICA.

Linn.

R. S. 2. 31.

691. M. CILIATA. *Linn. W. E.* 101. *R. S.* 2. 522. Panicula densiflora. Pili in flore calycem aut aequant aut superant.

692. M. BAUHINI. *Allion. W. E.* 101. *R. S.* 2. 525. Panicula laxa. Pili in flore calyce breviores.

693. M. NUTANS. *Linn. W. E.* 101. *R. S.* 2. 522.

694. M. UNIFLORA. *Retz. W. E.* 101. *R. S.* 2. 524.

695. M. ALTISSIMA. *Linn. W. E.* 101. *R. S.* 2. 528. Panicula interrupta.

127. ENODIUM.

Paliss. R. S. 2. 31.

696. E. COERULEUM. *Palisf. R. S.* 2. 531. Melica coerulea *Linn. W. E.* 102. Folia angusta. Spiculae biflorae.

697. E. SYLVATICUM. E. coeruleum *β. W. Sp.* 1. 303. *R. S.* 2. 531. Folia lata. Panicula scaberima. Spiculae unifloraе.

128. HOLCUS.

B. S. 2. 39.

698. H. LANATUS. *Linn. W. E.* 1034. *R. S.* 2. 655.
699. H. MOLLIS. *Linn. W. E.* 1034. *R. S.* 2. 655.

129. SORGHUM.

W. E. 1036. *R. S.* 2. 53.

700. S. VULGARE. *W. E.* 1036. *R. S.* 2. 837. Holcus Sorghum *Linn. W. Sp.* 4. 929.
701. S. BICOLOR. *W. E.* 1036. *R. S.* 2. 838. Varietas praecedentis?
702. S. RUBENS. *W. E.* 1036. *R. S.* 2. 837. Valde affine praecedenti, nonnisi panicula magis patente diversum.
703. S. CERNUUM. *W. E.* 1037. Panicula cernua nec pendula.
704. S. SACCHARATUM. *Pers. W. E.* 1036. *R. S.* 2. 837. Panicula effusa.
705. S. HALEPENSE. *Pers. R. S.* 2. 839. Andropogon halepensis *W. E.* 1027. Blumenbachia halepensis *Koel. graw.* 39. Flos masculus longe pedicellatus. An genus proprium?

130. HIEROCHLOA.

Palisf. R. S. 2. 29.

706. H. BOREALIS. *R. S.* 2. 513. Hierochloa repens *Palisf.* Holcus odoratus *Linn. W. E.* 1035. Aristae inclusae.
707. H. AUSTRALIS. *R. S.* 2. 514. Hierochloa odorata Palisf. Holcus australis *Sqhrad. germ.* 1. 253. Holcus repens *W. E.* 1034. sec. herb. Aristae parvae at exsertae.

131. ARRHENATHERUM.

Palisf. R. S. 3. 27.

708. A. AVENACEUM. *R.* S. 2. 27. Holcus avenaceus *W. E.* 1034. Avena elatior *Linn. W. Sp.* 1. 446.

132. SA-

132. AVENA.

Linn.

Gl. calycina bivalvis tri-multiflora flosculis inferioribus subaequalis aut longior. *Spicula* ante florescentiam teres, pedicellis ab inferiore flosculo inclusis. *Cor.* bivalvis, valvulis aequalibus, exteriore saepissime aristata.

A. Panicula laxa aut tenuis.

709. A. SATIVA. *Linn. W. E.* 123. *R. S.* 2. 668. Varietates plures in horto coluntur: georgiana, trisperma, podolica, norvegica, nigra.

710. A. NUDA. *W. E.* 123. *Sp.* 1. 1447. *R. S.* 2. 669. Certe e praecedente orta.

711. A. ORIENTALIS. *Schreb. W. E.* 122. *R. S.* 2. 669.

712. A. BREVIS. *Roth. W. E.* 122. *R. S.* 2. 668. Cal. 5—6″ l. Cor. apice biaristulatae.

713. A. STRIGOSA. *Schreb. W. E.* 122. Danthonia strigosa *Palisf. R. S.* 2. 591. Valde affinis praecedenti. Cal. 8″ l. Cor. biaristulatae.

714. A. HIRSUTA. *Roth. R. S.* 2. 670. A. barbata *Pott.* Hab. in Europae australis agris. ☉. D. Valde affinis Av. fatuae, differt primo adspectu pilis corollae albis nec fuscis.

715. A. FATUA. *Linn. W. E.* 123. *R. S.* 2. 665. Cor. tota pilosa.

716. A. STERILIS. *Linn. W. E.* 123. *R. S.* 2. 670. Flores maximi. Cal. $1\frac{1}{2}$″.

717. A. PLANICULMIS. *Schrad. W. E.* 124. *R. S.* 2. 675. Culmus elatus, folia lata, panicula contracta, Cor. glabrae, basi pilis brevibus cinctae; valvulae exteriores bifidae.

718. A. PUBESCENS. *Linn. W. E.* 124. Trisetum pubescens *E. S.* 2. 662. Vaginae inferiores hirsutae. Valvulae corollinae exteriores 2—3′ dentatae.

719. A. PRATENSIS. *Linn. R. S.* 2. 673. *W. E. S.* 5. Hab. in Europae arenosis siccis. 2. D. Vaginae inferiores glabrae, folia radicalia setacea, panicula subracemosa, valvulae corollinae exteriores 2 — 3 dentatae.

720. A. BROMOIDSE. *Gouan. R. S.* 2. 674. Hab. in Europa australi. 2. D. Folia breviora ac in A.

pretensi, valvulae corollinae exteriores integrae. Nimis tamen affinis. Nomine A. sedanensis accepimus.

722. A. TENUIS. *W. Sp.* 1. 448. *E.* 123. A. dubia *Leers. herb. t.* 9. *f.* Trisetum tenue *R. S.* 2. 657. Valvulae corollinae exteriores apice biaristatae.

723. A VERSICOLOR. *Villars R. S.* 2. 675 Folia brevia plana. Cal. 5″ violascens Valvulae corollinae exteriores apice aristis 2. Hab. in alpibus Helvetiae et Delphinatus. 2. D.

724. A. ARGENTEA. *W. E.* 125. Trisetum argenteum *R. S.* 2. 665. Folia brevia plana. Cal. 2—3″ l. viridi albus. Valvulae corollinae exteriores apice aristis 2 brevissimis. Pili valvulis corollinis subaequales.

725. A. ALPESTRIS. *Schrad. W. E.* 124. Trisetum alpestre *Palisf. R. S.* 2. 665. Folia brevia plana lata. Panicula subdensa. Cal. $1\frac{1}{2}$″ l. Valvulae corollinae exteriores apice aristulis 2.

B. Panicula densa

726. A. FLAVESCENS. *Linn. W. E.* 124. Trisetum flavescens. *R. S.* 663.

727. A. NEGLECTA. *Savi. W. E.* 124. Trisetum *R. S.* 2. 660. Folia pilosa. Cal. 2″ l. Valvulae corollinae exteriores apice aristulis 2.

728. A. CONDENSATA. Caule erectiusculo, foliis hirtis, panicula subcontracta spiculis bifloris glabris, valvula corollina exteriore bicuspidata. Hab. in Sicilia ☉. T. Dr. Presl. Affinis Av. neglectae at panicula minus contracta. Spiculae semper biflorae, quae in A. neglecta triflorae. Valvulae corollinae exteriores in A. neglecta longius aristatae.

729. A. SUBSPICATA. Aira subspicata *Linn. W. E. S.* 5. Trisetum airoides *R. S.* 2. 377. Hab. in alpibus europaeis. 2. D.

133. KOELERIA.

Spiculae compressae. *Gluma* cal. bi-triflora mutica bivalvis, valvulis flosculo infimo brevioribus *Gl. cor.* bivalvis., valvula exteriore mutica aut sub apice aristata.

A. Muticae.

730. K. CRISTATA. *Pers. R. S.* 2. 619. Aira cristata *W. E.* 107.

732. K. GLAUCA. *Decand. R. S.* 2. 621. Aira glauca *Schrad. W. E.* 100.

733. K. TUBEROSA. *Pers. syn.* 1. 97. K. setacea. *R. S.* 612. Culmus basi tuberascens. Folia radicalia setacea. Hab. in aridis Galliae australis, Italiae, Hispaniae. 4. T.

B. Aristatae.

734. K. PARVIFLORA. Avena parviflora *Desfont. W. E.* 123. Trisetum parviflorum *R. S.* 2. 659. Festuca segetum *Savi pis.* 1. 116. Spiculae minus compressae ac in reliquis. Valvulae corollinae exteriores apice aristulis 2.

735. K. PHLEOIDES. *Pers. R. S.* 2. 623. Festuca cristata *Linn. W. E.* 117. Panicula spiciformis cylindracea 1—2′ l. vix interrupta glabra hirsutaque.

736. K. BRACHYSTACHYA. *Decand. R. S.* 2. 625. A praecedente non nisi spica magis interrupta differt. Hab. . . . ⊙. D.

737. K. VILLOSA. *Decand. R. S.* 2. 623. Aira pubescens *W. Sp.* 1. 377. *R. S.* 5. Hab. in arenosis humidis maris mediterranei. ⊙. D. Phleo arenario habitu valde similis. Cal. biflorus.

738. K. HISPIDA. *Decand. R. S.* 2. 624. Hab. in arenosis maritimis maris mediterranei Panicula spiciformis ovata non interrupta 6″ l. Valvulae corollinae arista fere ex apice. Cor. pilis longis sparsis.

134. ECHINARIA.

Desfont. R. S. 2. 37.

739. E. CAPITATA. *Desfont. R. S.* 2. 618. Cenchrus capitatus *Linn. W. Sp.* 1. 317. Sesleria echinata *W. E.* 112.

135. SESLERIA.

Arduin. R. S. 2. 34.

740. S. COERULEA. *Arduin. W. E.* 112. *R. S.* 2. 603. Culmus laevis. Folia plana.

741. S. TENUIFOLIA. *Schrad. R. S.* 2. 603. *W. E. S.* 5. Hab. in Istria, Italia. 4. D. Culmus laevis. Folia setacea.

742. S. ELONGATA. *Host. W. E.* 112. *R. S.* 2. 603. Culmus superne scaber. Panicula spicata interrupta.

743. S. CYLINDRICA. *Decand. R. S.* 2. 603. Hab. in Alpibus Europae australis. 4. T. Affinis praeced. panicula ramis interrupta

744. S. SPHAEROCEPHALA. *Arduin. R. S.* 2. 605. Hab. in Alpibus noricis. 4. D. Capitulum hemisphaericum. Aristae subexsertae.

745. S. TENELLA. *Host. R. S.* 2. 604. Hab. in Alpibus noricis. 4. D. Capitulum hemisphaericum. Aristae longae exsertae.

746. S. DISTICHA. *Pers. R. S.* 2. 605. Poa disticha *Wulf. W. Sp.* 1. 400. Hab. in Alpibus noricis et rhaeticis. Vix hujus generis. Brachypodio magis affine.

136. CHRYSURUS.

Palisf. R. S. 2. 60.

747. CHR. AUREUS. *Palisf* Chr. cynosuroides. *Pers. R. S.* 2. 806. Cynosurus aureus *Linn. W. E. S.* 6. Hab. in Europa australi. ☉. D.

748. CHR. ECHINATUS. *Palisf. R. S.* 2. 806. Cynosurus echinatus *Linn. W. E.* 111.

137. DACTYLIS.

Linn.

R. S. 2. 37.

749. D. GLOMERATA. *Linn. W. E.* 110. *R. S.* 2. 625.

750. D. GLAUCESCENS. *W. E.* 111. *R. S.* 2. 626. Constans quidem permansit, nimis tamen affinis praecedenti.

751. D. HISPANICA. *Roth. W. E.* 110. *R. S.* 2. 626. Spiculae breviores ac in praecedente hirsutae; ad illam vero valde accedit.

752. D. MARITIMA. *Schrad. R. S.* 2. 627. Folia disticha, panicula subspicata non magis interrupta ac in D. hispanica, minus glomerata. Hab. in Europae australis maritimis. 4. T.

753. D. REPENS. *Desf. R. S.* 2. 628. Folia disticha. Panicula spicata non interrupta cylindracea hirsuta.

138. UNIOLA.

Linn.

R. S. 2. 37.

1347. H. PENDULUM. *Linn. R. S.* 3. 482. Hab. in Europa australi. ☉. D. Folia ut in praecedente, siliquis pendulis differt.

1348. H. ERECTUM. *Linn. R. S.* 3. 482. Hab. in Dauria. ☉. D. Laciniae ultimae foliorum 1'' longae angustissimae.

H. PATENS. *W. Hort. ber. t.* 5. nec in herbario Willdenowii, nec in horto est, cum post flores prolatos statim perierit, Auctore ipso teste.

III. CARYOPHYLLEAE.

260. BUFFONIA.

Linn. W. E. 171. *R. S.* 3. 32.

1349. B. ANNUA. *Decand. R. S.* 3. 481. B. tenuifolia *W. E.* 171.

TETRAGYNIA.

I. POTAMEAE.

261. POTAMOGETON.

Linn. W. E. 173. *R. S.* 3. 37.

1350. P. NATANS. *Linn. W. E.* 673. *R. S.* 3. 503.
1351. P. PERFOLIATUS. *Linn. W. E.* 173. *R. S.* 3. 507. Berolini vulgatissimus.
1352. P. LUCENS. *Linn. W. E.* 173. *R. S.* 3. 508. Foliis brevi petiolatis ab P. fluitante, acutatis et acutis a P. rubescente cui folia acutata et obtusa, nec non a P. praelongo, cui obtusata et obtusa, differt.
1353. P. CRISPUS. *Linn. W. E.* 173. *R. S.* 3. 511.
1354. P. COMPRESSUS. *Linn. W. E.* 173. *R. S.* 3. 312. Folia obtusa cum apiculo, quae in P. Zosterifolio multo majora, in P. acutifolio acutata.
1355. P. PECTINATUS. *Linn. W. E.* 173. *R. S.* 3. 513.
1356. P. PUSILLUS. *Linn. W. E.* 173. *R. S.* 3. 516.

II. CAPRIFOLIACEAE.

262. ILEX.

Linn. W. E. 172. *R. S.* 3. 35.

1357. IL. AQUIFOLIUM. *Linn. W. E.* 172. *R. S.* 3. 486. Cor. rubro-alba.
1358. IL. BALEARICA. *Desfont. arbr.* 11. 353. Il. aquifolium *R. S.* 3. 486. *not. p.* 487. Il. maderensis *W. E.* S. 8. Hab. in insulis balearicis. ♄. T. Folia plana integerrima et dentata in eodem ramo. Cor. praec.
1359. IL. OPACA. *Aiton. W. E.* 172. *R. S.* 3. 487. Praecedenti simillima, differt foliis non splendentibus. Cor. praeced.
1360. IL. RECURVA. Il. aquifolium. *β. Aiton R. S.* 3. 486. Hab. . . . ♄. T. Nomine Il. serratae accepimus. Folia angustiora ac in Il. aquifolio, spinae longiores, juniora recurva. Flores fasciculati. Cor. praecedent.

1361. IL. PERADO. *Ait. H. S.* 3. 488. Hab. in Madeira. ♄. T. Valde affinis Il. balearicae at folia non acuminata minus aculeata.

1362. IL. CROCEA. *Thunb. H. S.* 3. 488. Hab. in Pr. b. sp. ♄. T. Fol. pet. 4‴ lamina $\frac{3'}{1'\ 2''}$. Cortex interior ramorum croceus.

1363. IL. PRINOIDES. *Aiton H. S.* 3. 488. Il. prionitis *W. E. S.* 8. Hab. in Carolina, Virginia ♄. T.

1364. IL. MYRTIFOLIA. *Lam. W. E. S.* 8. *H. S* 3. 489. Hab. in insulis Caribaeis. ♄. C. Fol. $\frac{1'}{2''}$ lanceolata acutata mucronata integerrima margine reflexa subtus ferruginea.

1365. IL. ANGUSTIFOLIA. *W. E.* 172. *H. S* 3. 489.

1366. IL. CASSINE. *Linn. W. E.* 172. *H. S.* 3. 490. Fol. $\frac{3'\ 6''}{1'\ 2''}$. Cor. albidae.

1367. IL. CASSINOIDES. Foliis alternis lanceolatis antice spinuloso serratis glaberrimis, pedunculis lateralibus corymbiferis. Hab. . . . ♄. T. Hort. paris. Folia $\frac{1'\ -\ 1'\ 6''}{6\ -\ 7'}$ serraturis antice utrinque 2—3 distantibus margine reflexa subtus pallida, nervis ante marginem connexis. Petioli 1—2″ longi. Pedunculi a foliis remoti 6″ longi, pedicelli 3″ longi; bracteae minutae lineares acutae. Cor. parvae albidae.

1368. IL. VOMITORIA. *Aiton H. S.* 3. 491. Hab. in Carolina. ♄. T. Nostra est Il. ligustrina *Jacq. Ic.* 2. t. 316.

1369. IL. SALICIFOLIA. *Jacq. W. E.* 172. *H. S.* 3. 492.

1370. IL. CANADENSIS. *Michaux H. S.* 3. 493. *W. E. S.* 8. Prinos lucidus *Ait. W. Sp.* 1. 226. Hab. in montibus altis a Canada ad Carolinam. ♄. T.

II. RHAMNOIDEAE.

263. MYGINDA.

Linn. W. E. 174. *H. S.* 3. 36.

1371. M. RHACOMA. *Swartz. W. E.* 174. *H. S.* 3. 501. Fol. opposita $\frac{1'}{6''}$ antice serrato-dentata.

263. a. PORTENSCHLAGIA.

Cfr. Elaeodendron australe.

III. SEMPERVIVAE.

264. TILLAEA.

Linn. R. S. 3. 36.

1372. T. AQUATICA. *Linn. R. S.* 3. 500. Hab. in Europae mediae et borealis inundatis. ⊙. D.

1373. T. MUSCOSA. *Lam. R. S.* 3. 500. Hab. in Europae mediae et australis arenosis humidis. ⊙. D.

IV. CARYOPHYLLEAE.

265. SAGINA.

Linn. W. E. 173. *R. S.* 3. 36.

1374. S. PROCUMBENS. *Linn. W. E.* 173. *R. S.* 3. 498. Sponte in horto.

1375. S. ERECTA. *Linn. W. E. S.* 8. *R. S.* 3. 498. Hab. in Europa media. ⊙. D.

266. MOENCHIA.

Ehrh. Pers. Syn. 1. 153. *R. S.* 3. 36.

1376. M. QUATERNELLA. *Ehrh.* M glauca *Pers. syn.* 1. 153. Sagina erecta *Linn. R. S.* 3. 498. Hab. in Europa media et australi. ⊙. D.

PENTANDRIA.

MONOGYNIA.

I. MUSACEAE.

267. HELICONIA.

Linn. W. E. 268. *R. S.* 5. *LI.*

Corolla. quae dicitur, calyx est et nectarium corolla.

1377. H. HUMILIS. *Jacq. W. E.* 268. *R. S.* 5. 590.

Digitized by Google

1378. H. PSITTACORUM. *Linn. Suppl. W. E.* 268. *R. S.* 5. 591. Cor. rubra apice virenti.
1379. H. BIHAI. *Linn. R. S.* 5. 590. Hab. in America calidiore. Nondum floruit.

268. STRELITZIA.

Aiton W. E. 269. *R. S.* 5. *LII.*

Corolla calyx est et nectarium corolla.

1380. STR. REGINAE. *Ait. W. E.* 269. *R. S.* 5. 594. Cal. flavus patulus. Cor. coerulea connivens.
1381. STR. OVATA. *Ait. R. S.* 598 Hab. in Prom. b. sp. 4. C. Folia ut in sequente. Scapus praecedentis.
1382. STR. HUMILIS. Scapo petioli longitudine, petiolo duplo longiore lamina ovata concava. Hab. in Prom. b. sp. 4. C. Affinis St. reginae at humilior, foliorum lamina brevior magis concava, scapus brevior, cor. pallidior.
1383. STR. AUGUSTA. *Ait. W. Sp.* 1. 1190. *R S.* 5. 594. Folia multo majora ac in praecedentibus.
1384. STR. FARINOSA. *Ait. R. S.* 5. 595. Petiolus pruinosus lamina oblonga acuta multo longior.
1385. STR. ANGUSTIFOLIA *Ait. R. S.* 5. 595. Hab. in Prom. b. sp. 4. C. Petiolus lamina lanceolato-lineari basi inaequali multoties longior. Nondum floruit.
1386. STR. JUNCEA. Petiolo longissimo, lamina obliterata. Hab. in Pr. b. sp. 4. C. Nondum floruit.

II. ATRIPLICINAE.

269. RHAGODIA.

Brown. R. S. 5. *XLII.*

1387. RH. HASTATA. *Brown. Ait. k.* 2. 440. *R. S.* 5. 567. Hab. in Prom. van Diemen. Habitus Chenopodii. Folia potius panduraeformia, subtus cum caule squamose pulverulenta.

III. PARONYCHINAE.

270. MOLLIA.

W. E. 269. *R. S.* 5. *XXXI.*

1388. M. DIFFUSA. *W. E.* 269. *Hort. ber. t.* 11

Polycarpon Teneriffae *Lam. ill.* 2. 129. Lahaya diffusa *R. S.* 5. 402. Folia $\frac{4-5''}{\frac{1}{4}''}$. Flores demum spicati.

1389. M. LATIFOLIA. *W. E.* 269. Lahaya latifolia *R. S.* 5. 403. Folia cum pet. $\frac{6-7''}{3''}$, Flores capitati.

1390. M. POLYCARPOIDES! *Spreng. nov. prov.* 28. Hagea polycarpoides *Bivon. pl. sicul. man. Cent.* 2. *n.* 9. Folia 3″ longa $1\frac{1}{2}$″ lata. Flores corymbosi.

271. ILLECEBRUM.

Linn. Jussieu. R. S. 5. *XLII.*

1391. I. VERTICILLATUM. *Linn. W. E.* 272. *R. S.* 5. 514. Flores albi.

1392. I. CYMOSUM. *Linn. R. S.* 5. 514. Folia teretia apiculata. Spicae capitatae tandem recurvae. Flores albi. Hab. in Europa australi. 4. F.

1393. I. ECHINATUM. *Villars. W. E. S.* 12. *R. S.* 5. 515. Flores axillares virescentes. Hab. in Europa media et australi. 4. F.

272. PARONYCHIA.

Gärtner. Jussieu. R. S. 5. *XLII.*

1394. P. HISPANICA. *Decand. R. S.* 5. 518. Illecebrum Paronychia *Linn. W. E.* 271. Caules procumbentes pubescentes. Folia glabra margine scabra $\frac{7''}{2''}$.

1395. P. CAPITATA. *Juss. R. S.* 5. 520. Illecebrum capitatum *Linn. W. E. S.* 12. Affinis praecedenti at caules erectiusculi cum foliis pubescentes.

1396. P. TENUIFOLIA. Illecebrum tenuifolium *W. E. S.* 12. *R. S.* 5. 516. Hab. . . . ⊙ T. Caules procumbentes pubescentes pilis reflexis. Folia linearia $\frac{7-8''}{1''}$ mucronata ciliata scabra. Flores glomerati terminales et axillares bracteis albis nitidis obvallati. Calyces sub apice mucronato-setacei. Affin. Par. hispanicae.

1397. P. POLYGONIFOLIA. *Juss. R. S.* 5. 517. Illecebrum polygonifolium *Villars. W. E.* 272. In. spontanea nulli flores terminales. Hortensis vix differt a P. hispanica.

1398. P. SERPYLLIFOLIA. *Juss. R. S.* 5. 519. Illecebrum serpyllifolium *Vill R. S.* 5. 519. Hab. in Gallia australi. Folia $\frac{1''}{1''}$ ciliata. Flores terminales.

1399. P. ALSINEFOLIA. *Juss. R. S.* 3. 522. Illecebrum alsinefolium *Linn. Scop. delic.* 3. *t.* 13. Folia praecedentis magis hirsuta. Flores axillares. Habitat . . . ⊙. T.

1400. P. PUBESCENS. *Decand. R. S.* 5. 519. Illecebrum maritimum *Vill. Pers. syn,* 1. 169. Hab. in Gallia australi 4. T. Folia $\frac{1''}{1''}$ hirta. Flores axillares glomerati hirti, bracteis non obvallati.

273. ANYCHIA.

Michaux. R. S. 5. *XLIII.*

1401. A. DICHOTOMA. *Mich. R. S.* 5. 523. Queria canadensis *Linn. W. E.* 137.

IV. AMARANTHACEAE.

274. CELOSIA.

Linn. W. E. 270. *R. S.* 5. *XLIII.*

1402. C. MARGARITACEA. *Linn. W. E.* 270. *R. S.* 5. 526. Folia lanceolata $\frac{4'}{1}$, ramulorum primordialia stipulas lanceolatas subfalcatas mentientia. Spicae terminales solitariae oblongae acutae. Flores albi s. rubicundi. Species vulgata in hortis exacte convenit cum *Rheedii Hort. mal. T.* 10. *t.* 38. C. argentea *Hort.* et *W. E. S.* 12. hujus est varietas foliis paullo angustioribus at C. argentea foliis angustissimis *W. Sp.* 1. 1197. est vera C. argentea *Linn.* cfr. *Rheede l. c. t.* 39.

1403. C. CRISTATA. *Linn. W. E.* 271. *R. S.* 5. 527. Folia saepe sine petiolo $\frac{4'}{2'\ 9''}$ basi subcordata inaequali attenuata. Spicae simplices divisae aut fasciatae monstrosae. Sic icon *Rumphii Herb. Amb.* 5. *t.* 84. C. coccinea *Linn.* sec. *Bauh. Hist.* 2. *p.* 969. est varietas spicis fasciatis multipartitis, spiculis contortis. C. castrensis *Linn.* sec. *Barrel. t.* 1193. stipulis ita falca-

tis ut caulem fere annulatim cingant ad C. margaritaceam pertinere videtur.

1404. C. CERNUA. *Andr. Rep.* 655. Folia ovata lanceolataque; spica composita terminalis, spiculae alternae confertae lineares, bracteae flore longiores angustissimae ciliatae. Hab. . . . ⊙. C. Nomine C. coccineae aut castrensis in hortis occurrit at spiculis lateralibus linearibus in medio spicae positis et bracteis differt.

275. LESTIBUDESIA.

Aubert. R. S. 5. *XLIV.*

1405. L. VIRGATA. *Brown. R. S.* 5. 533. Celosia virgata *Linn. W. E.* 271. Spicae breves confertae axillares.

1406. L. TRIGYNA. *Brown. R. S.* 5. 534. Celosia trigyna *Linn. W. E.* 271. Racemus terminalis spiculis alternis brevissimis.

276. GOMPHRENA.

Linn. W. E. 293. *R. S.* 5. *XLV.*

1407. G. GLOBOSA. *Linn. W. E.* 293. *R. S.* 5. 537.

1408. G. DECUMBENS. *Jacq. W. E.* 293. *R. S.* 5. 538. Affinis praecedenti differt caule decumbente.

1409. G. BRASILIENSIS. *Jacq. W. E.* 294. Philoxerus brasiliensis *Brown. R. S.* 5. 542. Folia angustiora magis acuminata. Capitula superiora aphylla. Cum habitu plane cum praecedentibus conveniat, nec nisi brevitate urceoli staminum differat, separare nolui.

1410. G. AGGREGATA. *Humb. W. E.* 294. Philoxerus aggregatus *Brown. R. S.* 5. 543. Folia lanceolato-linearia. Spiculae globosae tandem excrescentes.

1411. G. INTERRUPTA. *Swartz. W. E.* 294. *R. S.* 5. 540. Celosia procumbens *Jacq. Ic rar.* 1. t. 51.

277. ACHYRANTHES.

Linn. W. E. 269. *R. S.* 5. *XLV.*

1412. A. ARGENTEA. *Lam. W. E.* 269. *R. S.* 5. 344. A. aspera α. *Linn. W. Sp.* 295. Folia sine petiolo $\frac{2'}{1\ 4}$ subtus albo-sericea.

1413. A. OBTUSIFOLIA. *Lam. Enc.* 1. 539. A. as-

pera β. *Linn. Sp.* 295. A. aspera *W. E.* 270 *R. S.* 5. 544. Folia $\frac{1'}{8}$ utrinque pubescentia concolora.

1414. A. FRUTICOSA. *Lam. W. E. S.* 12. *R. S.* 5. 545. A. aspera fruticosa *Pers. syn.* 258. Hab. in India orientali ♄. C. Folia cum petiolo $\frac{2'}{1\ 2}$ utrinque molli pubescentia.

1415. A. PUBESCENS. *R. S.* 5. 546. Illecebrum pubescens *W. E.* 271. Folia $\frac{2\ 6'}{7}$ pubescentia. Spicae terminales et axillares compositae e spiculis linearibus confertis.

1416. A. PORRIGENS. *Jacq. W. E.* 270. *R. S.* 5. 548. Spicae oblongae rubentes 5″ l. longe pedunculatae.

278. DESMOCHAETA.

1417. D. SANGUINOLENTA. *Decand.* 11 *S.* 5. 549. Achyranthes lappacea *Linn. W. Sp.* 1. 192. Hab. in India orientali 4. C.

1418. D. PATULA. *R. S.* 5. 550. Achyranthes patula *Linn. W. E. S.* 12. *Sp.* 1. 1193. Hab. in India orientali ♄. C. Rami juniores villosi, Fol. sine pet. $\frac{2'}{1}$ molli pubescentia.

279. ALTERNANTHERA.

R. Brown. R. S. 5. *XLVI.*

1419. A. SESSILIS. *Brown. R. S.* 5. 554. Illecebrum sessile *Linn. W. E.* 272. Folia reticulo denso. Caulis praesertim junior linea duplici pilorum crisporum.

1420. A. FICOIDES. *Brown. R. S.* 5. 555. Illecebrum ficoideum *Linn. W. Sp.* 1. 1208. Hab. in America meridionali. 4. C. Folia succulenta reticulo contextus cellulosi laxo. Pili circa capitulum et ad ortum foliorum juniorum.

1421. A. SPINOSA. *R. S.* 5. 555. Achyranthes spinosa *Horn. hafn.* 1. 240. Achyranthes axillaris *W. E.* 270. Caulis erectus, calycibus spinulosis.

1422. A. REPENS. Achyranthes repens *Linn. Sp.* 205. Alternanthera Achyrantha *R. S.* 5. 557. Illecebrum Achyrantha *W. Sp.* 1. 1208. Hab. in Bonaria 4. C.

Affinis A. ficoideae, differt caule hirto. Folia mucrone minimo. Calycis phylla mucronulata.

1423. A. FRUTESCENS. *Brown. R. S.* 5. 557. Illecebrum frutescens *L'Herit. W. Sp.* 1. 1208. Hab. in aridis Limae Peruviae. ♄. C. Differt a praecedentibus pube caulis et foliorum brevi densa detersibili.

280. AERUA.

Jussien. R. S. 5. *XLVI.*

1424. A. LANATA. *Juss. R. S.* 5. 564. Illecebrum lanatum *Aiton W. E.* 271. Achyranthes lanata. *Linn. Sp.* 296. Folia $\frac{1'\ 2''}{6'}$. Glomeruli breves axillares.

1425. A. JAVANICA. *Juss. R. S.* 5. 565. Illecebrum javanicum *Allion W. Sp.* 1. 1205. Celosia lanata *Linn. Sp.* 298. Hab. in India orientali ♄. C. Fol. $\frac{2'\ 3''}{9''}$. Spicae alternae dense lanatae.

V. ELAEGNEAE.

281. NYSSA.

Linn. W. E. 1061. *R. S.* 4. *XLIX.*

1426. N. AQUATICA. *Linn. R. S.* 4. 576. N. biflora *Mich. W. E.* 1061.

VI. SANTALACEAE.

282. THESIUM.

Linn. 273. *R. S.* 5. *L.*

1427. TH. LINOPHYLLON. *Linn. W. E.* 273. *R. S.* 5. 578.

1428. TH. EBRACTEATUM. *Hayne W. E.* 273. *R. S.* 5. 581.

VII. NYCTAGINEAE.

283. MIRABILIS.

Linn. W. E. 222. *R. S.* 4. 1.

1429. M. DICHOTOMA. *Linn. W. E. S.* 11. *R. S.* 4. 1. Cor. noctu odora 1' l.

1430. M. JALAPA. *Linn. W. E.* 222. *R. S.* 4. 1.

1431. M. HYBRIDA. *Leppelet. W. E.* 222. *R. S.* 4. 2. Cor. 2′ l. quae in praecedente 1½′ in sequente 6′.
1432. M. LONGIFLORA. *Linn. W. E.* 222. *R. S.* 4. 2.

284. ABRONIA.

Lam. R. S. 4. 1.

1433. A. UMBELLATA. *Juss. R. S.* 4. 2. Tricratus admirabilis *L'Herit. W. Sp.* 1. 807. Hab. in California 4. C. Folia ovalia acuta integerrima viscosa longe petiolata. Cor. basis angulata, tubo longo, limbo quinquefido; laciniis emarginatis, rubra, fauce flava. Facies Primulae.

VIII. GLOBULARINAE.

285. PLUMBAGO.

Linn. W. E. 198. *R. S.* 4. *II.*

1434. PL. EUROPAEA. *Linn. W. E.* 198. *R.* 4. 3. Cor. violacea.
1435. PL. LAPATHIFOLIA. *W. E.* 198. *R. S.* 5 3. Cor. albidae minores ac in praeced. Hab. in Iberia 4. T.
1436. PL. ZEYLANICA. *Linn. W. E.* 198. *R. S.* 4. 3. Cal. glandulosi. Cor. alba.
1437. PL. ROSEA. *Linn. W. E.* 198. *R. S.* 4 4. Aff. praec. cor. pulchre rosea.
1438. PL. CAPENSIS. *Thunb. R. S.* 4. 3. Hab. in Pr. b. sp. ♄. T. Cor. coerulescens.

IX PRIMULACEAE.

286. CORIS.

Linn. W. E. 223. *R. S.* 4. *XII.*

1439. C. MONSPELIENSIS. *Linn. W. E.* 223. *R. S.* 4. 115. Fruticulus pulcher. Cor. purpurascentes.

287. ARETIA.

Haller. W. Sp. 1. 795.

1440. A. ALPINA. *Jacq. W. E.* ü. 9. *R. S.* 4. 162. Folia pube tenui crispa praesertim in margine tecta; pili furcati. Pedunculi uniflori brevissimi. Cor. rubens. Involucri defectus generi proprius.

288. ANDROSACEAE.

Linn. W. E. 189. *R. S. XV.*

1441. A. MAXIMA. *Linn. W. E.* 189. *R. S.* 4. 152. Hirta nec villosa; calyces fructus maximi; cor. alba calyce minor.

1442. A. ELONGATA. *Linn. W. E.* 189. *R. S.* 4. 152. Non ramosissima sed scapi multi. Calyx non excrescens. Cor. alba calyce minor.

1443. A. SEPTENTRIONALIS. *Linn. W. E.* 190. *R. S.* 4. 153. Cor. alba calyce parum major; laciniis integris.

1444. A. NANA. *Hornem. R. S.* 4. 153. Hab. . . . ☉. D. Cor. alba calyce minor, laciniis truncato-emarginatis.

1445. A. VILLOSA. *Linn. R. S.* 4. 154. Cor. alba rubesceus calyce multo major. Villositatem in horto partim exuit. Hab. in Alpibus praesertim orientalibus Europae 24. F.

1446. A. CHAMAEJASME. *Wulf. R. S.* 4. 155. Cor. alba calyce multo major, laciniis integris. A praeced. glabritie differt at ab A. obtusifolia *Allion. R. S.* 5. 158. vix diversa. Hab. in Alpibus 24. F.

1447. A. LACTEA. *Linn. R. S.* 4. 156. Cor. alba calyce multo major laciniis emarginatis. Hab. in Alpibus 24. F.

1448. A. LACTIFLORA. *Fischer. W. E.* 190. *R. S.* 4. 153. Major praecedente, folia apice inciso-dentata. Cor. alba calyce multo major, laciniis obcordatis.

1449. A. VITALIANA. *La Peyrouse R. S.* 4. 163. Hab. in Alpibus helveticis et pyrenaeis 24. F. Cor. flava exsiccatione viridis.

289. PRIMULA.

Linn. W. E. 190. *R. S.* 4. *XIV.*

1450. PR. OFFICINALIS. *Jacq. Roth. germ.* 1. 89. 11. 224. Pr. veris. *Linn. W. E.* 190. *R. S.* 5. 134.

1451. PR. ELATIOR. *Jacq. W. E.* 190. *R. S.* 4. 136.

1452. PR. ACAULIS. *Allion. R. S.* 4. 135. Pr. vulgaris *Smith. W. E.* 190.

1453. PR. FARINOSA. *Linn. W. E.* 191. *R. S.* 4. 141. Folia subtus candide pulverulente. Cor. rubra.

1454. PR. STRICTA. *Hornem. R. S.* 4 141. Hab. in Europa boreali. 24. F. Major praecedente, cor. praesertim tubo longiore.

1454. *a.* P. LONGIFLORA. *Allion. R. S.* 4. 140. Hab. in Eur. austr. 24. F. Folia ut in praecedenti. Cor. rubra tubo 1′ l. *Not.* Pr. nivalis. *Pall. W. E. S.* 9. *R. S.* 4. 145. Hab. in Alpibus Davuriae 24. F. Periit.

1455. PR. VILLOSA. *Jacq. R. S.* 4. 147. Hab. in Alpibus Europ. mediae 24. F. Folia Auriculae hirta. Cor. rubra.

1456. PR. GLUTINOSA. *Linn. Suppl. R. S.* 4. 145. Folia Auriculae at minora angustiora glutinosa. Cor. rubra.

1457. PR. INTEGRIFOLIA. *Linn. W. E. S.* 9. *R. S.* 4. 146. Hab. in Alpibus Europae meridionalis. 24. F. Folia Auriculae integerrima. Cor. rubra.

1458. PR. AURICULA. *Linn. W. E.* 191. *R. S.* 4. 137.

1459. PR. PALINURI. *Petagn. W. E.* 191. *R. S.* 4. 138. Multo major P. Auriculâ; odor Primulae veris. Cor. flava.

1460. PR. MARGINATA. *Curt. W. E.* 191. Pr. crenata *Lam. R. S.* 4. 139. Folia dentata, dentibus obtusis, marginata. Cor. rubra.

1461. PR. MINIMA. *Lam. W. E.* 191. *R. S.* 4. 149. Folia parva. Cor. magna rubra.

1462. PR. CORTUSOIDES. *Linn. W. E.* 191. *R. S.* 4. 133. Folia rugosa. Cor. rubra.

290. CORTUSA.

Linn. R. S. 4. *XIII.*

1463. C. MATTHIOLI. *Linn. W. E. S.* 9. *R. S.* 4. 115. Hab. in Alpibus europaeis. 24. F. Cor. rubra elegans.

291. SOLDANELLA.

Linn. W. E. 192. *R. S.* 4. *XIV.*

1464. S. ALPINA. *Linn. W. E.* 192. *R. S.* 4. 132. Cor. elegantissima violacea.

1465. S. MONTANA. *W. E.* 192. *R. S.* 4. 132. Maxime affinis praecedenti at major, serius florens. Styli longitudo in hac et praec. variat.

1466. S. MINIMA. *Hoppe R. S* 4. 132. Vix a S. alpina distincta. Hab. in Alpibus Carinthiae, Austriae. 24. F.

292. DODECATHEON.

Linn. W. E. 192. *R. S.* 4. *XIV.*

1467. D. MEADIA. *Linn. W. E.* 192. *R. S.* 4. 131. Cor. color ruber et albus.

293. CYCLAMEN.

Linn. W. E. 193. *R. S.* 4. *XIV.*

1468. C. EUROPAEUM. *Linn. W. E.* 913. *R. S.* 4. 129. Folia orbiculata denticulata cum brevi acumine. Cor. rubrae laciniae oblongae.

1469. C. COUM. *Mill. W. E.* 193. *R. S.* 4. 128. Fol. praecedentis at integerrima subtus rubicunda. Cor. rubrae laciniae ovatae.

1470. C. PERSICUM. *Mill. W. E.* 193. *R. S.* 4. 130. Folia ovata cordata ad figuram trilobatam parum accedentia subtillime crenato-dentata. Cor. alba fauce rubra, laciniis lanceolatis.

1471. C. HEDERAEFOLIUM. *Aiton. W. E.* 193. *R. S.* 4. 130. Petioli praesertim juniores glandulis minutis tecti. Folia cordata ovata angulata denticulata saepe picta. Cor. incarnata aut rubra, laciniis oblongo-lanceolatis.

1472. C. LATIFOLIUM. *Sibthorp. R. S.* 4. 131. Petioli laevissimi. Folia majora ac in praeced. latiora angulata denticulata supra picta subtus viridia. Cor. rubra laciniis lanceolatis.

1473. C. REPANDUM. *Sibthorp. R. S.* 4. 131. Folia ut in praec. at minora profundius sinuata subdenticulata supra picta subtus rubentia. Cor. rubra laciniis lanceolatis.

294. HOTTONIA.

Linn. W. E. 194. *R. S.* 4. *XVI.*

1474. H. PALUSTRIS. *Linn. W. E.* 194. *R. S.* 4 176.

295. LYSIMACHIA.

Linn. W. E. 194. *R. S.* 4. *XIII.*

A. Racemosae.

1475. L. EPHEMERUM. *Linn. W. E.* 194. *R. S.* 4. 121. Folia sessilia. Cor. alba.

1476. L. DUBIA. *Aiton W. E.* 194. *R. S.* 4. 122. Folia petiolata. Cor. purpurascens.

1477. L. STRICTA. *Ait. W. E.* 193. *R. S.* 4. 122. Fol. sessilia. Cor. flava.

B. Paniculatae seu thyrsiflorae.

1478. L. VULGARIS. *Linn. W. E.* 194. *R. S.* 4 120.
1479. L. THYRSIFLORA. *Linn. W. E.* 195. *R. S.* 4. 123.
L. verticillata v. seq.

C. Pedunculis unifloris.

1480. L. VERTICILLATA. *Pallas. W. E.* 195. *not. R. S.* 4. 124. Folia verticillata molli pubescentia. Ped. uni-triflori. Cor. flava. Hab. in Pannonia et Tauria 24. D.
1481. L. QUADRIFOLIA. *Linn. R. S.* 4. 123. L. hirsuta *Michaux. W. E.* 1. 196. Petioli 1″ l. Pedunculi 1′ l. Cal. glabri. Cor. subrotata flava.
1482. L. LONGIFOLIA. *Pursh. R. S.* 4. 124. Hab. in sylvaticis humidis Pensylvaniae 24. D.
1483. L. CILIATA. *Linn. W. E.* 196. *R. S.* 4. 124. Pet. 8—10″ l. Ped. 1′ 2″ l. Cor. flava.
1484. L. PUNCTATA. *Linn. W. E.* 196. *R. S.* 4. 125. Pet. 1—2″ l. Ped. 4—6″ l. Cor. flava.
1485. L. NUMMULARIA. *Linn. W. E.* 196. *R. S.* 4. 128.
1486. L. NEMORUM. *Linn. W. E. S.* 10. *R. S.* 4. Hab. in Europae nemoribus 24. D.

296. ASTEROLINON.

Flor. portug. 1. 332.

1487. A. STELLATUM. *Fl. port. l. c.* Lysimachia Lineum stellatum *Linn. W. E.* 196. *R. S.* 4. 126.

297. ANAGALLIS.

Linn. W. E. 196. *R. S.* 4. *XIII.*

1488. A. PHOENICEA. *Lam. R. S.* 4. 116. A. arvensis *W. E.* 197.
1489. A. COERULEA. *Lam. R. S.* 4. 117. Hab. in Europa media ☉. D.
1490. A. LATIFOLIA. *Linn. W. E.* 196. *R. S.* 4. 118. Vix nisi magnitudine a praeced. differt.
1491. A. MONELLI. *Linn. R. S.* 4. 117. A. linifolia *Linn. R. S.* 4. 118. Hab. in Europa australi ☉. D. Utraque species certe non differt. Folia intermedia

nodiis modo breviora modo longiora. Secundum locum aut frutescit aut annua est, uti Ricinus.

1492. A. COLLINA. *Schousb. R. S.* 4. 116. A. fruticosa *Venten. W. E. S.* 10. Hab. in Mauritania. ♄. T. Cor. pulchrae rebrae, aut coeruleae, quae varietas non specie differe videtur.

298. GLAUX.

Linn. W. 272. *R. S.* 5. *XLII.*

1493. GL. MARITIMA. *Linn. W. E.* 272. *R. S.* 5. 514.

299. SAMOLUS.

Linn. W. E. 215. *R. S.* 5. 1.

1494. S. VALERANDI. *Linn. W. E.* 215. *R. S.* 5. 1.

1495. S. CAMPANULOIDES. *Brown. R. S.* 5. 2. Campanula porosa *Linn. Suppl. W. Sp.* 1. *p.* 895. Hab. in Prom. b sp. 24. T. Caulis verruculis creberrimis parvis scaber. Folia poris verruculosis minus scabra crebra sessilia acuta integerrima carnosa $\frac{8''}{2''}$ basi et apice attenuata. Pedunculi 4″ l. Cor. alba 4″ l. Est Samolus. Accepimus ex. hort. angl. nomine S. littoralis.

VII. BORRAGINEAE.

300. EHRETIA.

Linn. W. E. 248. *R. S.* 4. *L.*

1496. E. TINIFOLIA. *Linn. W. E.* 248. *R. S.* 4. 527. Cor. alba.

1497. E. LAXA. *Jacq. R. S.* 4. 528. Hab. in insula Bourbon ♄. C. Cor. viridi-alba.

1498. E. MICROPHYLLA. *Linn. R. S.* 4. 528. Hab. in India orientali ♄. C. Folia $\frac{1'}{5''}$ obovata antice serrata obscure viridia.

301. CORDIA.

Linn. W. E. 247. *Brown. R. S.* 4. *XL.*

A. Paniculatae, corymbosae.

1499. C. MYXA. *Linn. W. E.* 247. *R. S.* 4. 447.

Folia $\frac{3'\ 6''}{2'\ 4''}$ antice dentato-repanda subtus scabriuscula basi attennata.

1500. C. SEBESTENA. *Linn. W. E.* 247. *R. S.* 4. 452. Folia $\frac{6'}{2'\ 9''}$. Cor. e fulvo lutea.

1501. C. DENTATA. *Poiret. R. S* 4. 456. Hab. in Curatao ♄. C.

1502. C. PATAGONULA. *Ait. W. Sp.* 1. 1076. Patagonula americana *Linn. R. S.* 4. 467. Hab. in Patagonia . T.

B. Spicatae.

1503. C. MARTINICENSIS. *R. S.* 4. 461. Varronia martinicensis *Jacq. W. Sp.* 1. 1080. Hab. in Martinica ♄. C.

C. Capitatae.

1504. C. BULLATA. *R. S.* 4. 462, Varronia bullata *Linn. W. Sp.* 1. 1029. *W. E. S.* 11. Hab. in Jamaicae et Havanae fruticetis. Folia $\frac{3'}{1'\ 6''}$ scabra hirta.

1505. C. MONOSPERMA. *R. S.* 4. 463. Varronia corymbosa Desvaux. V. ulmifolia Hort. Fol. c. pet. $\frac{3'\ 6''}{1'\ 10''}$ serrulata. Fl. capitato-corymbosi.

D. Cymosae.

1506. C. MIRABILOIDES. *R. S.* 4 461. Varronia mirabiloides *Jacq. amer.* 41. *t.* 33. Tournefortia serrata *Linn. W. S.* 1. 791. Hab. in Domingo ♄. C.

1507. C. ALBA. *R. S.* 4. 466. Varronia alba *Jacq. W. Sp.* 1. 1081. Hab. circa Carthagenam ♄. C. Folia $\frac{4'}{2'\ 2''}$ acuminata scaberrima.

1508. C. PARVIFLORA. *Hort. par.* Foliis oblongis $\frac{6'}{2'\ 4''}$ acutis serratis basi attenuatis integerrimis scabro hirtis pet. 6″ l. pubescenti. Nondum floruit.

302. TOURNEFORTIA.

Linn. R. S. 4. LI.

1509. T. CYMOSA. *Linn. W. E. S.* 9. *R. S.* 4. 533. Hab. in Jamaica ♄. C.

1510. T. FOETIDISSIMA. *Linn. W. E.* 189. *R. S.* 4. 534. Folia latiora ac in praeced. magis acuminata denuo elongata, nervis tantum pilosis.

1511. T. MUTABILIS. *Venten. W. E. S.* 9. *R. S.* 4. 535. Cor. albae tandem nigrae.

1512. T. FRUTICOSA. *R. S.* 4. 339. Messerschmidia fruticosa *Linn. W. E.* 188. Cor. triste flava odorata.

1513. T. ARGUZIA. *R. S.* 4. 540. Messerschmidia Arguzia *Linn. Suppl. W. Sp.* 1. 790. Tournefortia sibirica *Linn. Sp.* 201. Valde differt a praeced. Cor. albae.

1514. T. HIRSUTISSIMA. *Swarz. W. E.* 188. Messerschmidia hirsutissima *R. S.* 4. 541. Folia cum pet. $\frac{4'}{2'\ 7}$, scabro hirta.

1515. T. VOLUBILIS. *Linn. W. E.* 188. Messerschmidia volubilis *R. S.* 4. 541.

1516. T. LAURIFOLIA. *Venten. Choix. t.* 2. Messerschmidia laurifolia *R. S.* 4. 543. Hab. in Porto Rico et insula St. Thomae ♄. C. Caulis scandens. Folia $\frac{6''}{2'\ 4''}$ acuta integerrima basi attenuata glaberrima; pet. fere 1' l.

303. TIARIDIUM.

Brown. R. *S. V.*

1517. T. INDICUM. *Lehmann W. E.* 176. *R. S.* 4. 3. 735.

304. HELIOTROPIUM.

Linn. Brown. W. E. 174. *R. S.* 4. *V.*

1518. H. PERUVIANUM. *Linn. W. E.* 174. *R. S.* 4. 28.

1519. H. GRANDIFLORUM. *Hort. par. R. S.* 4. 28. 726. H. corymbosum. *Flor. peruv. R. S.* 4. 41. Flores majores ac in praeced. odoris mellis.

1520. H. EUROPAEUM. *Linn. W. E.* 174. *R. S.* 4. 29. 727. Folia hispida. Cor. albae.

1521. H. OBLONGIFOLIUM. Foliis petiolatis oblongis obtusis integerrimis asperis pilis sparsis. Hab. in Europa australi ☉. D. Valde simile praecedenti ut vix distinguas, at minus, foliis asperis ita ut bulbi pilorum tantum adsiut. Cor alba.

1522. H SUPINUM. *Linn. W. E.* 174. *R. S.* 4. 41. 734. Affine H. europaeo at totum procumbens, fructibus majoribus. Cor. albae.

1523. H. PARVIFLORUM. *Linn. W. E.* 174. *R. S.* 4. 28. 726. Cor. parvae albae fundo flavo.

1524. H. CURASSAVICUM. *Linn. W. E.* 175. *R. S.* 4. 52. 728. Caulis erectus. Folia glauca $\frac{2'\ 2''}{4''}$ glaberrima. Cor. alba.

1525. H. CHENOPODIOIDES. *W. E.* 175. *R. S.* 4. 32. Caulis debilis. Folia $\frac{2'\ 4''}{4''}$ non glauca glaberrima. Cor. albae.

305. MYOSOTIS.

Linn. W. E. 175. *R. S.* 4. *XI.*

A. Nuces laeves glabrae.

1526. M. PALUSTRIS. *Roth. germ.* 1. 87. 2. 227. 776. M. scorpioides *Linn.* (α.) *W. E.* 175. *R. S.* 4. 101. Calyces glabri aut pilosiusculi, pilis rectis.

1527. M. INTERMEDIA. M. arvensis *Lehmann Asperif.* 90. *R. S.* 4. 776. Caulis erectus, 1—2 ped., folia obverse lanceolata hispida, $\frac{3'}{6-7''}$ pedicelli flore multo longiores 6 — 7″; calyces fructus subclausi pilis uncinatis tecti. Hab. in Europae humidis ⊙? D. Cum sequente confunditur. Ic. *Dreves bot. Bilderb. T.* 2. *t.* 51. Cor. parva coerulea fundo luteo.

1528. M. ARVENSIS. *Linn. W. E.* 176. *R. S.* 4. 103. Causis diffusus. Folia lanceolata hispida $\frac{1'\ 6''}{3''}$. Pedicelli flore parum longiores 2″ l. Cal. fructus aperti pilis uncinatis tecti. Cor. parva coerulea fundo luteo.

1529 M. STRICTA. *R. S.* 4. 104. M. arenaria *Schrad. Schultz starg. suppl.* 12. M. versicolor arenaria *R. S.* 4. 777. Caulis suberectus basi ramosus. Folia oblonga hispida $\frac{1'}{4''}$. Pedicelli flore breviores 1″ l. Cal. fructus clausi pili uncinatis tecti. Cor. coerulea fundo luteo. Nescio quo fato in *R. S.* Syt. Veg. diagnosis hujus cum diagnosi praecedentis mixta et corrupta sit.

Hujus varietas est M. versicolor *Roth. R. S.* 4. 105. 777., tubo corollae exserto saepe flavo.

1530. M. SYLVATICA. *Ehrh. R. S.* 4. 102. 776. M. montana *Marschall. taur. cauc.* 3. 116. Affinis palustri, Calyces pilosi pilis rectis. Cor. coerulea saepe alba, fundo luteo. Hab. in Europae sylvis 24. D.

1531. M. SUAVEOLENS. *Waldst. Kit. W. E.* 176. *R. S.* 4. 102. 776. M. alpestris *Schmidt. W. E.* 175. M. lithospermifolia *Hornem. hafn* 1. 223. Caule simplici, foliis angustioribus a praeced. differt. Cor. coerulea fundo flavo.

1532. M. CAESPITOSA. *Schultz. Flor. Meg. suppl. p.* 11. M. lingulata *R. S.* 4. 780. *not.* Hab. in Ducatu Mecklenburg. 24. D. Affinis M. sylvaticae at corollis parvis vix calyce majoribus differt. Pili in tota planta appressi. Cor. coerulea fundo luteo.

1533. M. SPARSIFLORA. *Mikan. W. E.* 176. *R. S.* 4. 104. 776. Pedicelli fructiferi reflexi. Cor. coerulea parva fundo flavo.

B. Nuces rugosae aut hispidae.

1534. M. PEDUNCULARIS. *Treviran. R. S.* 4. 104. 777. M. clavata *Leideb.* Pedicelli apice incrassati unde clavati. Cor. parva coerulea fundo luteo. Hab. prope Astracan in vineis ☉. D.

306. ECHINOSPERMUM.

Swartz. Lehmann Asperif. 113. *Rochelia R. S.* 4. *IX.*

A. Pedicellis erectis.

1535. E. LAPPULA. *Lehm.* 121. Rochelia Lappula *R. S.* 4. 109. 781. Myosotis Lappula *Linn. W. E.* 176. *W. E. S.* 9.

1536. E. SQUARROSUM. E. patulum *Lehm.* 122. Myosotis squarrosa *Marschall W. E.* 176. Rochelia squarrosa *R. S.* 4. 109. 783. Cal. excrescens patulus fructibus multo longior. Cor. coerulescens.

1537. E. MARGINATUM. *Lehm.* 130. Myosotis marginata *Marschall W. E.* 176. Rochelia marginata *R. S.* 4. 110. 783. Cal. fructu parum longior.

1538. E. BARBATUM. *Lehm.* 128. Rochelia barbata *R. S.* 4. 110. 783. Myosotis barbata *Marschall t. cauc.* 1. 121. 3. 121. Hab. in Tauriae montibus calcareis, in Iberiae glareosis. 24.

B. Pedunculis reflexis.

1539. E. DEFLEXUM. *Lehm.* 120. Myosotis deflexa *Wahlenb. lapp.* 55. Rochelia deflexa. Caulis a basi ramosus. Nomine E. Redowskii plantam accepimus ab hac non nisi caule simplici stricto distinguendam.

307. ANCHUSA.

Linn. W. E. 177. *R. S.* 4. *X.*

1540. A. OFFICINALIS. *Linn. W. E.* 177. *R. S.* 4. 88. 767.

1541. A. ANGUSTIFOLIA. *Linn. W. E.* 178. A. leptophylla. *R. S.* 4. 90. 767. Affinis A. officinali at cal. fructifer clausus.

1542. A. PROCERA. *Besser. Hort. Krzemin.* Majus praecedente. Flores secundi ditichi, bracteae ovatae acuminatae ciliatae distiche patentes. Cal. clausi. Cor. coerulea. An varietas?

1543. A. LYCOPSOIDES. *Besser Hort. Krzem.* Maxime affinis praeced. at minor. Flores secundi submonostichi; bracteae ovatae acuminatae ciliatae monostiche patentes. Cor. minor ac, in pr. initio violacea, dein coerulea.

1544. A. OCHROLEUCA. *Marschall W. E.* 178. *R. S.* 4. 91. 763. Cor. ochroleuca insignis. Hujus varietas est A. livida foliis longioribus coloris obscurioris, corollis albidis.

1545. A. UNDULATA. *Linn. W. E.* 178. *R. S.* 4. 91. 763. Affinis A officinali at folia undulata. Cor. violacea fuscescens.

1546. A. ITALICA. *Retz. W. E.* 178. A. paniculata *Ait. R. S.* 4. 87. Affinis A. officinali at fornicibus corollae hirsutis differt.

1547. A. HYBRIDA. *Tenor. Lehm. R. S.* 4. 98. 772. Hab. prope Neapolin ad vias ☉. T. Aff. praec. Cor. purpureo-fusca.

1548. A. MILLERI. *W. E.* 179. *R. S.* 4. 94. 769. Cor. roseae seu carneae parvae.

1549. A. BARRELIERI. *Decand. Lehm. R. S.* 4. 97. 771. Myosotis obtusa *W. E.* 176. *R. S.* 4. 107. 777. Buglossum Barrelieri *Allion. n.* 164. Cor. coerulea ut in Myosotis speciebus.

1550. A. SEMPERVIRENS. *Linn. W. E.* 179. *R. S.* 4. 97. 771. Folia radicalia latissima $\frac{7}{4}$. Cor. brevis coerulea.

1551. A. VERRUCOSA. *Lam. R. S.* 4. 99. 773. Asperugo aegyptiaca *Linn. W. Sp.* 1. 778 Hab. in Aegypto ☉. D. Folia ob bulbos pilorum albos hispidissima. Cor. alba fauce flava.

1552. A. TENELLA. *Hornem. R. S.* 4. 100. 773. A. zeylanica *Jacq W. E. S.* 9. Hab. in Zeylona ☉. D. Cor. parva alba.

1553. A. TINCTORIA. *Linn. W.* E. 178. *R. S.* 4. 95. 110. Hispida, cor. sanguinea.

1554. A. VARIEGATA. *Lehm. R. S.* 4. 72. 755. Lycopsis variegata *Linn. W. Sp.* 1. 780. Hab. in Europa ausrali ☉. D. Cor. albo-coeruleoque variegata.

308. LYCOPSIS.

Linn. W. E. 185. *R. S.* 4. *IX.*

1555. A. ARVENSIS. *Linn. W. E.* 186. *R. S.* 4. 72. 755 Anchusa arvensis *Marschall Lehm. Asp.* 225. Tubo incurvo, elegantl charactere, genus distinguitur.

309. NONEA.

Decand. R. S. 4. *IX.*

1556. N. PULLA. *Dec. R. S.* 4. 71. 754. Lycopsis pulla *Linn. W. E.* 9. Cor. fusco-nigricans calyce longior.

1557. N. NIGRICANS *Dec. R. S.* 4. 70. 753. Hab. in Europa australi ☉. D. Cor. fusco-nigricans calyce brevior.

1558. N. LUTEA. *Dec. fr.* 6. 420. Anchusa lutea *Marschall W. E.* 179. *R. S.* 4. 92. 769. Cor. ochroleuca.

1559. N. ROSEA. Anchusa rosea *Marschall R. S.* 4. 93. 769. Hab. circa Kisljar ad mare caspium, nec non inter Tarku et Derbent ☉. D. Affinis praecedenti at cor. rosea.

310. ASPERUGO.

Linn. W. E. 185. *R. S.* 4. *XII.*

1560. A. PROCUMBENS. *Linn. W. E.* 185. *R.* 4. 111. 784.

311. LITHOSPERMUM.

Linn. W. E. 177. *R. S.* 4. *VI.*

A. Cor. flava aut alba.

1561. L. OFFICINALE. *Linn. W. E.* 177. *R. S.* 4. 42. 738.

1562. L. LATIFOLIUM. *Michaux R. S.* 4. 43. L. officinale *β*. *Lehm. Asp.* 1. 311. Hab. in Mexico. ☉. T. Cor. majores ac in praec. magis flavae. Nuces scrobiculatae, quod rarius in L. officinali.

1563. L. ARVENSE. *Linn. W. E.* 177. *R. S.* 4. 44. 738.

1564. L. DISTICHUM. *Orteg. W. E.* 177. *R. S.* 4. 43. 783. Cor. ochroleuca.

1565. L. APULUM. *Vahl. R. S.* 4. 46. Hab. in Europa australi ☉. T. Caulis simplex. Folia linearia.

1566. L. CANESCENS. *Lehm. Asp.* 305. Batschia canescens *Michaux R. S.* 4. 743. Cor. magna aurea elegans.

B. Cor. coerulea aut rubra quinqueloba.

1567. L. PURPURO-COERULEUM. *Linn. W. E.* 177. *R. S.* 4. 47. 742.

1568. L. FRUTICOSUM. *Linn. R. S.* 4. 47. 740. Hab. in Europa australi ♄. T.

1569. L. TENUIFLORUM. *Roth. W. E.* 177. *R. S.* 4. 50. 741. Cor. parva coerulescens.

1570. L. DISPERMUM. *Linn. R. S.* 450. 741. L. retortum *Pall. W. Sp.* 1. 755. Hab. in Europa australi ☉. T. Habitus Echinospermi et calyx patens laciniis inflexis, nuces spinulosae. L. margaritaceum Fischer. Gorenk. nondum floruit.

C. Cor. coerulea obsolete quinqueloba.

1571. L. VIRGINICUM. L. pulchrum *Lehm. Asp.* 290. Pulmonaria virginica *Linn. W. E.* 182. *R. S.* 4. 55. 745. Folia sine pet. $\frac{4'}{1'\ 10''}$. Cor. limbus dilatatus.

1572. L. DAURICUM. *Lehm. Asp.* 296. Pulmonaria daurica *Fischer R. S.* 4. 55. 745. Folia sessilia $\frac{2'\ 6''}{7''}$ Cor. limbus non explanatus.

312. PULMONARIA.

Linn. W. E. 182. *R. S.* 4. *VII.*

1573. P. OFFICINALIS. *Linn. W. E.* 182. *R. S.* 4. 54. 744.

1574. P. SACCHARATA. Cfr. *Lehm. Asperif.* 279. Humilior est praecedenti et folia ita maculata sunt ut variegata appareant. Cor. alba. An varietas?

1575. P. MOLLIS. *Wulfen. R. S.* 4. 53. 744. P. angustifolia *W. E.* 182. sec. herbarium et hortum. Differt a P. angustifolia non solum foliis mollioribus sed quoque apicibus brevius acutatis.

1576. P. AZUREA. *Besser R. S.* 4. 54. 744. Hab. in Gallicia 4. D. Foliis praecedenti valde affinis. Corollae majores limbo extra calycem ampliato.

1577. P. TUBEROSA. *Schrank. Act. Acad. Caes. Leopold* 9. 97. P. v. *Clus. Hist.* 170. Hab. in Carinthia et Bavaria 4. D. Valde affinis P. molli. Fol. non ita mollia ac in illa praesertim supra, saepe pedalia 1′ 6″, lata.

313. SYMPHYTUM.

Linn. W. E. 183. *R. S.* 4. *VIII.*

1578. S. OFFICINALE. *Linn. W. E.* 183. *R. S.* 4. 64. 751.

1579. S. TUBEROSUM. *Jacq. W. E.* 183. *R. S.* 4. 64. 751. Cor. ochroleucae.

1580. S. ORIENTALE. *Linn. W. E.* 183. *R. S.* 4. 64. 751. Differt a sequente foliis latioribus $\frac{5}{2'\ 6''}$ supra molli hirtis, petiolis 1′ 6″ longis. Cor. alba 8″ l.

1581. S. BULLATUM. *Horn. R. S.* 4. 66. S. tauricum *W. E.* 183. *R. S.* 4. 65. 752. Foliis utrinque asperis. Cor. alba 6″ l.

1582. S. ASPERRIMUM. *Marschall W. E.* 183. *R. S.* 4. 65. 752. Differt a praec. corollis purpurascentibus.

1583. S. CORDATUM. *Waldst. Kitaib. W. E.* 180. *R. S.* 4. 66. 752. Folia glabriuscula cordata. Cor. ochroleucae.

314. CERINTHE.

Linn. W. E. 184. *R. S.* 4. *III.*

1584. C. MAJOR. *Linn. W. E.* 184. *R. S.* 4. 7. 711. Folia non semper absque verruculis albis. Cor. rubrae, dentibus obtusis.

1585. C. ASPERA. *Roth. W. E.* 184. *R. S.* 4. 8. 711. Folia praesertim in spontaneis asperrima. Cor. rubrae dentibus acutis.

1586. C. MINOR. *Linn. W. E.* 184. *R. S.* 4. 8. 711. Cor. luteae.

1587. C. MACULATA. *Linn. R. S.* 4. 8. 711. Hab. in Europa australi. ♂. F. Cor. praecedentis at limbus basi purpureo maculatus.

315. ONOSMA.

Linn. R. S. 4. *VII.*

1588. O. ECHIOIDES. *Linn. R. S.* 4. 57. 747. O. arenarium *W. E. S.* 9. *R. S.* 4. 58 Hab. in Europa australi 24. D. Cor. flava ut in reliquis.

1589. O. STELLULATUM. *Marschall W. R. S.* 4. 59. 7. 48. O. tauricum *W. E. S.* 9. Minus hispidum ac praec.

1590. O. TRINERVIUM. *Lehmann Asp.* 378. *R. S.* 4. 748. Hab. in America meridionali 24. C.

316. ECHIUM.

Linn. W. E. 186. *R. S.* 4. *IV.*

A. Fruticosa.

1591. E. FRUTICOSUM. *Linn. R. S.* 4. 9. 712. Corollis coeruleis striatis ab adfinibus distinguitur.

1592. E. GRANDIFLORUM. *Andrews W. E. S.* 9. *R. S* 4. 11. 714. E. formosum *Pers. Lehm. Asp.* 418. Hab. in Prom. b. sp. ♄. T. Cor. rubra regularis ut fere proprius generis sit.

1593. E. ACULEATUM. *Poiret R. S.* 4. 15. 716. Folia juniora sericea videntur. Rami juniores, folia margine costa et superficie pilis rigidis basi tuberculatis. Fol. $\frac{2'}{3''}$ Cal. 4″ l. Cor. 6″ l. ochroleuca. Stamina exserta.

1594. E. LASIOPHYLLUM. Caule pilis adpressis, foliis lanceolatis apiculatis sericeis, spica abbreviata, corolla subaequali, staminibus corollam aequantibus, stylo longiore. Hab. . . . ♄. T. Nomine E. longifolii accepimus, at E. longifolium Delil. differt. Caulis 2—3. ped. lignosus, rami pilis adpressis cicatrisati. Folia $\frac{1'\ 4''}{6'''}$ basi attenuata sessilia apiculo duro acuti-

usculo integerrima pilis incumbentibus cana et mollia. Spica brevis pauciflora non incurva, bracteis lanceolatis. Cal. phyllis lanceolato-linearibus corollam subaequantibus. Cor. 8—10″ l. subaequalis, laciniis 5 rotundatis alba extus pilis brevibus sparsis. Filam. glabra. Stylus corollam superans glaber.

1595. E. CAPITATUM. *Linn. R. S.* 4. 13. 715. Caulis hispidus, pilis crassis pellucidis longioribus, aliisque brevibus mollibus. Folia nervis praesertim hispida. Cal. laciniis pilisque patulis. Cor. alba parva. Stam. exsert. Styl. longissimus.

1596. E. ARGENTEUM. *Linn. R. S.* 4. 13. 715. Caulis, folia, bracteae pilis albis adpressis. Spica simplex laxa. Cor. coeruleae.

1597. E. GIGANTEUM. *Linn. Suppl. R. S.* 4. 15. 716. Hab. in Teneriffa ♄. T. E. giganteum *W. E. S.* 9. non huc sed ad E. ambiguum pertinet.

1598. E. FASTUOSUM. *Ait. Jacq. R. S.* 4. 718. Folia oblongo-lanceolata sericea margine ciliata. Paniculae densae, corollae intense coeruleae. Hab.... ♄. T.

1599. E. CANDICANS. *Linn. Suppl. W. E.* 186. *R. S.* 4. 16. 717. Folia lanceolata lineata sericea, margine scabro. Spiculae pedicellatae subcapitatae. Cor. pallide coerulea parva.

1600. E. SIMPLEX. *Dec. R. S.* 4. 18. 719. Hab. in Teneriffa ♄. C. Caule simplici, panicula tereti canle multo longiori insignis et elegans planta. Cor. alba.

1601. E. STRICTUM. *Linn. W. E.* 186. *R. S.* 4. 18. 719. Caulis pilis reversis, bono charactere, ab affinibus differt. Folia virentia undiqno scabra et hispida. Cor. coeruleae, calyce vix longiores.

1602. E. VIRESCENS. *Decand. R. S.* 4. 16. 717. Hab. . . . ♄. C. Caulis pilis mollioribus tectus ac in reliquis semper patentibus. Cor. coerulea. Rami hispidi.

1603. E. AMBIGUUM. *Decand. R. S.* 4. 16. 717. Folia virentia scabro hispida. Spiculae bifidae subcapitatae. Cal. 4″ l. Cor. 6″ l. alba extus basique rubra. Stam. exserta rubra. An E. brachyanthum Hornem. hafn. 1. 182. —? Hab. . . ♄. T.

B. Herbacea.

1604. E. PLANTAGINEUM. *Linn. W. E.* 186. *R. S.* 4. 19. 719. Foliis radicalibus majoribus, corollis magnis coeruleis insigne.

1605. E. ITALICUM. *Linn. W. E.* 186. *R. S.* 4. 21. 721. Caulis pilis longissimis. Cor. albae staminibus longissimis.

1606. E. PYRENAICUM. *Linn. W. E.* 187. *R. S.* 4. 22. 721. Affine pr. Cor. coeruleae.

1607. E. SALMANTICUM. *Lagasc. R. S.* 4. 27. Affine praec. at folia superiora basi latiora amplexicaulia, filamenta glaberrima. Inter praec. et seq. intermedia.

1608. E. VULGARE. *Linn. W. E.* 187. *R. S.* 4. 23. 722.

1609. E. VIOLACEUM. *Linn. W. E.* 187. *R. S.* 4. 24. 723. Caulis magis diffusus ac in praec. Folia amplexicaulia. Cor. majores coeruleae.

1610. E. SIBTHORPI. *R. S.* 4. 26. E. hispidum *Sibth. gr. t.* 181. Caulis erectus. Cor. rubrae. Stam. corolla paullo longiora; antherae violaceae. Elegans planta.

1611. E. PARVIFLORUM. *Schousb. W. E.* 187. *R. S.* 4. 25. 723. Corollae calyce multo minores coeruleae.

1612. E. CRETICUM. *Linn. W. E.* 187. *R. S.* 4. 26. 725. Cor. rubra.

1613. E. PROSTRATUM. *Desfont. R. S.* 4. 20. 721. Hab. in Europa australi, Africa boreali 4. T. Cor. parva calyce vix longior rubra.

317. CYNOGLOSSUM.

Linn. W. E. 179. *R. S.* 4. *IX.*

1614. C. OFFICINALE. *Linn. W. E.* 180. *R. S.* 4. 74. 757.

1615. C. BICOLOR. *W. E.* 180. *R. S.* 4. 75. 757. 759. Cor. albae, fundo rubro.

1616. C. DIOSCORIDIS. *Vill. R. S.* 4. 75. 758. C. virginicum *W. E.* 180. *R. S.* 4. 77. 759. Affine praecedentibus at corollae coeruleae.

1617. C. SYLVATICUM. *Smith R. S.* 4. 76. 757. C. montanum *Horn. hafn.* 1. 777. Hab. in sylvaticis Europae et Americae septentrionalis. 4. D. Caulis minus pilosus ac in praecedentibus. Cor. coeruleo-purpurea.

1618. C. APENNINUM. *Linn. W. E.* 181. *R. S.* 4. 78. 760. Cor. rubra cylindrica staminibus brevior.

1619. C. CANESCENS. *W. E.* 180. *R. S.* 4. 78. 760. Pilis flavicantibus adpressis tectum. Cor. omnium minima coerulea.

1620. C. CHEIRIFOLIUM. *Linn. W. E.* 180. Anchusa lanata *R. S.* 4. 96. 770. Folia tomentosa candida. Cor. purpurea calyce major.

1621. C. PICTUM. *Ait. W. E.* 170. *R. S.* 4. 76 759. Valde affine praecedenti, tomentum flavo-griseum. Cor. venis purpurascentibus pictae.

1622. C. UMBELLATUM. *Waldst. Kit. W. E.* 181. Mattia umbellata *R. S.* 4. 82. 759. Cal. tomento albo. Cor. cylindricae rubrae.

318. OMPHALODES.

Flor. portug. Lehmann Asperif. 180.

1623. O. VERNA. *Lehm.* 184. Picotia verna *R. S.* 4. 85. 760. Cynoglossum Omphalodes *Linn. W. E.* 181.

1624. O. NITIDA. Flor. port. *Lehm.* 181. Picotia nitida *R. S.* 84. 765. Cynoglossum nitidum *W. E.* 181. Folia radicalia in petiolum attenuata. Cor. coerulea ut in praeced.

1625. O. LINIFOLIA. *Flor. port. Lehm.* 187. Picotia linifolia *R. S.* 486. 766. Cynoglossum linifolium *W. E.* 181.

1626. O. SCORPIOIDES. *Lehm.* 189. Picotia scorpioides *R. S.* 4. 87. Cynoglossum scorpioides Schmidt *W. Sp.* 1. 766. *E. S.* 9. Hab. in Germania australi ☉. D. Cor. parvae coeruleseentes.

319. BORRAGO.

Linn. W. E. 184. *R. S.* 4. *VIII.*

1627. B. OFFICINALIS. *Linn. W. E.* 184 *R. S.* 4. 66. 752.

1628. B. ORIENTALIS. *Linn. W. E.* 185. *R. S.* 4. 67. 753. Folia radicalia cordata magna. Cor. coeruleae.

1629. B. CRASSIFOLIA. *Vent. W. E.* 185. *R. S.* 4. 68. 753.

1630. B. LAXIFLORA. *Decand. W. E. S.* 9. *R. S.* 4. 68. 753. Folia angustiora ac in B. officinali. Cor. coerulea calyce duplo major.

320. TRICHODESMA.

Brown. R. S. 4. *VIII.*

1631. TR. INDICUM. *Br. R. S.* 4. 68. 753. Borago indica *Linn. W. E.* 185. Folia supra hirta subtus pilis bulbosis aspera. Cor. pallide coerulea.

1632. TR. AFRICANUM. *Br. R. S.* 4. 69. 753. Borago africana *Linn. W. Sp.* 1. 777. Folia utrinque pilis bulbosis asperrima. Cor. parva pallide coerulea.

321. HYDROPHYLLUM.

Linn. W. E. 194. *R. S.* 4. *XII.*

1633. H. VIRGINICUM. *Linn. W. E.* 194. *R. S.* 4. 113. Folia pinnato-pinnatifida, extrema enim foliola confluunt. Cor. in nostris albida.

1634. H. CANADENSE. *Linn. W. E.* 194. *R. S.* 4. 113. Folia lobata. Cor. albida.

1635. H. MAGELLANICUM. *Lam. R. S.* 4. 114. 784. Aldea circinnata *W. E. S.* 9. Hab. ad fretum magellanicum 2. D. Habitus magis Asperifoliarum, quam praecedentium. Folia simplicia pinnata, ternata. Cor. alba.

322. ELLISIA.

Linn. R. S. 4. *LI.*

1636. E. NYCTELEA. *Linn. R. S.* 4. 544. Hab. in Virginia ☉. D.

323. NOLANA.

Linn. W. E. 189. *R. S.* 4. *XII.*

1637. N. PROSTRATA. *Linn. W. E.* 189. *R. S.* 4. 112.

VIII. VERBACEAE.

324. TECTONA.

Linn. R. S. 4. *XXXIX.*

1638. T. GRANDIS. *Linn. R. S.* 4. 440. Hab. in India orientali ♄. C.

IX. ACANTHACEAE.

325. BONPLANDIA.

Cavanill. R. S. 4. *XXVIII. Caldasia W. E.* 200.

1639. B. GEMINIFLORA. *Cav. R. S.* 4. 370. Caldasia heterophylla *W. E.* 201. Cor. ringens coerulea.

X. PERSONATAE.

326. RAMONDIA.

Richard. W. E. 223. *R. S.* 4. *XVII.*

1640. R. PYRENAICA. *Rich. Pers. W. E.* 223. *R. S.* 4. 185. Verbascum Myconis. *Linn. W. Sp.* 1. 1007. Planta elegans. Cor. purpurascens.

327. VERBASCUM.

Linn. W. E. 223. *R. S.* 4. *XXIV.*

A. Foliis decurrentibus.

1641. V. THAPSUS. *Linn. W. E.* 223. *R. S.* 4. 325. *V. elongatum W. E.* 223. V. Thapsus elongatum *Schrad. R. S.* 4. 325. An var? Cor. pallidae. Periit *V. thapsiforme Schrad. R. S.* 4. 326. V. thapsoides *W. E.* 223.

1642. V. AUSTRALE. *Schrad. R. S.* 4. 330. Hab. in Europa australi ♂. D. Affine sequenti at florum fasciculi remoti, caulis magis tomentosus.

1643. V. CONDENSATUM. *Schrad. R. S.* 4. 332. Hab. in Europa australi ♂. D. Fol. $\frac{6-7}{2\ 6}$ crenulata molli pilosa. Bracteae fasciculorum amplexicaules acuminatae. Fil. 3. lana alba, 2 nuda.

V. phlomoides Linn. R. S. 4. 331. V. rugulosum, *W. E.* 224. Folia minus tomentosa ac in V. Thapso, minus decurrentia. Periit aut nimis mutatum est.

1644. V. NIVEUM. *Tenore R. S.* 4. 327. Caulis crassus tomento niveo detersibili pulcherrime tectus. Folia similiter tomentosa. Hab. in Regno neapolitano ♂. D.

1545. V. PLICATUM. *Sibthorp. gr.* 3. *t.* 224. V. sinuatum *W. E.* 225. Folia radicalia lyrata crispa.

B. Foliis non decurrentibus.

1546. V. PINNATIFIDUM. *Vahl. R. S.* 4. 338. Hab. in Tauria, Archipelago ♂. D. Glomerulis florum tomentosis distinguendum.

1647. V. LYCHNITIS. *Linn. W. E.* 274. *R. S.* 4. 341. Variat floribus luteis et albis.

1648. V. PYRAMIDALE. *Marschall. W. E.* 224. *R. S.* 4. 343. Species pulchra filamentis violaceo-pilosis in corolla flava.

1649. V. OVATUM. *Schrad. R. S.* 4. 343. Hab. ....♂.
D. Folia caulina et superiora nobis petiolata, illa $\frac{4}{2'}$
Caulis florens paniculatus. Flores fasciculati pedicellis ed 3''. Stam. lana violacea, omnia lanata. Hab. praecedentis, folia diversa.

1650. V. FLOCCOSUM. *Waldst. Kit. W. E.* 224. *R. S.* 4. 343. Lana detersibilis.

1651 V. NIGRUM. *Linn. W. E.* 225. *R. S.* 4. 345.

1652. V. ORIENTALE. *Marschall W. E. S.* 11. *R.* 4. 345. Hab. in Tauria, Pannonia, Terris caucasicis 2l. D. Praec. affine. Marschall huc refert V. austriacum Schrad.

1653. V. SPECTABILE. *Marschall tanr. cauc.* 3. 158. V. formosum *Schrank. Monac. t.* 22. Hab. in Tauria meridionali ♂. D. Cor. magna flava fundo purpureo.

1654. V. BLATTARIA. *Linn. W. E.* 225. *R. S.* 4. 347. Cor. in nostris albae extus rubrae.
V. glabrum. W. E. 225. *R. S.* 4. 349. Habitus Celsiae. Periit sicuti *V. repandum W. E.* 226.

1655. V. PHOENICEUM. *Linn. W. E.* 225. *R. S.* 4. 349. Cor. saturate purpurea, sicca violacea.

1656. V. FERRUGINEUM. *Ait. R. S.* 4. 350. Hab. in Europa australi 2l. D.

1657. V. SPINOSUM. *Linn. R. S.* 4. 351. Hab. in Creta ♄. T. Caule frutescente spinoso sat distinctum.

Plures Verbasci species cultura ita mutatae sunt, ut a recensitis distinguere non licuerit.

XI. SOLANEAE.

328. DATURA.

Linn. W. E. 226. *R. S.* 4. *XXII.*

A. Capsulis spinosis aut tuberculatis.

a. Capsulis erectis ovatis.

1658. D. FEROX. *Linn. W. E.* 226. *R. S.* 4. 305. Folia Stramonei. Cor. alba. Capsulae spinae summae erectae subparallelae.

1659. D. STRAMONEUM. *Linn. W. E.* 226. *R. S.* 4. 305. Folia tota viridia. Cor. alba.

1660. D. TATULA. *Linn. W. E.* 226. *R. S.* 4. 305. Folia petiolo nervisque rubris. Cor. subescens.

1661.

1661. D. MURICATA. Foliis ovatis repandis junioribus dentatis glabris, pericarpiis muricatis. Hab.... ⊙. C. Caulis 2 ped. uti tota planta glaber. Fol. caulina magna acuta basi inaequalia repanda, juniora remote dentata. Cor. longissima alba. Pericarpia aculeis brevibus fortibus. Tota planta virens.

b. Capsulis globosis nutantibus.

1662. D. METEL. *Linn. W. E.* 226. *R. S.* 4. 305. Folia obtuse angulata pubescentia. Cor. alba.

1663. D. FRUTICOSA. *Hort. hafn.* Planta praec. simillima et vix diversa, frutescens tamen. Hab.... C.

1664. D. FASTUOSA. *Linn. W. E.* 226. *R. S.* 4. 306. Folia acute angulata subpubescentia. Cor. purpurascens.

B. Capsulis laevibus inermibus.

1665. D. LAEVIS. *Linn. Suppl. W. E.* 306. *W. E.* 227. *R. S.* 4. 306. Folia glabra. Cor. alba.

1666. D. CERATOCAULA. *Orteg. W. E.* 227. *R. S.* 4. 306. Folia subtus incano-tomentosa. Cor. alba.

1667. D. SUAVEOLENS. *Humboldt. W. E.* 227. *R. S.* 4. 227. Folia glabriuscula. Cor. alba.

329. HYOSCYAMUS.

Linn. W. E. 227. *R. S.* 4. *XXIII.*

1668. H. NIGER. *Linn. W. E.* 227. *R. S.* 4. 308.

1669. H. AGRESTIS. *Waldst. Kit. R. S.* 4. 308. Folia glabriuscula. Cor. venis reticulatis violaceis at pallidioribus ac in H. nigro. Hab. in Austria, Hungaria, Bohemia ⊙. D.

1670. H. PALLIDUS. *Waldst. Kit. W. E.* 228. *R. S.* 4. 309. Folia praec. Cor. flava venis nullis.

1971. H. ALBUS. *Linn. W. E.* 238. *R. S.* 4. 309. Folia petiolata. Cor. flava, fundo albo.

1672. H. AUREUS. *Linn. W. E.* 228. *R. S.* 4. 309. Folia petiolata. Cor. flava fundo violaceo, limbus latere fissus.

1673. H. SENECIONIS. *Hort. par. W. E.* 228, *R. S.* 4. 310. Folia petiolata. Cor. flava fundo ad basin staminum purpurascente, limbus non fissus.

